

f. 1 ra

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti Amen. Cum desiderarem vestris caritatibus in aliquo deseruire et id exposuissem uenerabilibus Patribus Domino nostro uersati et Domino [deux mots coupés] est eis expedire ut elegam quartum Sententiarum propter utilitatem materierum que in ipso tractantur, maxime quo ad septem sacramenta Ecclesiae quibus saluator noster sua gloriosa<sup>1</sup> passione hanc dedit efficaciam ut essent quasi septem salutaria medicamenta morborum animarum nostrarum, per quorum ritam et dignam administrationem et vsum omnipotens Dominus et peccata dimittit et gratiam sanctificantem tribuit et etiam propter facilitatem earundem materierum [sic] saltem respectu eorum quae in libris praecedentibus continentur. Et cum secundum venerabilem Hugonem in *Didascalicon*<sup>2</sup> omnium christiano philosopho lectio exhortatio esse debeat magis quam occupatio et debeat in eo bona desideria non necare, sed pascere et veritatis sibi viam ostendere ut, secreta Dei alcius intelligens, arcus amet, maxime hoc videtur pertinere ad religiosos

f. 1 rb

qui se uite monastice manciparunt, quibus tamen locuturus sim et secundum Beatum Augustinum super Iohannem sermo doctoris moderandus sit secundum capacitatem et exigentiam auditorum, cogitavi in processu rescindere methaphisicalia et phisicalia et materias subtiles, scilicet steriles et quaestiones magis curiosas quantum fructuosas et etiam superfluas diuisiones ex huiusmodi que difficultatem facere possent simplicibus et magis eorum animum occupare quam edificare. Et volo procedere modo faciliiori quo potero et prout materia admittit que fiunt pro tempore pertractanda, et quia in illo 4<sup>o</sup> *Sententiarum* Magister agit principaliter de sacramentis Ecclesiae, de Iudicio finali, de resurrectione corporum, de penis dampnatorum et de gloria beatorum et de multis alyis, ad illas principales materias pertinentibus posset iste quartus liber diuidi in multas partes, sed in processu Domino largiente. In prima distinctione Magister tractat de sacramentis in generali, propter quod sit questio prima : talis dubitatur **utrum in quolibet hominum statu fuerint aliqua sacramenta**. Arguitur quod non, quia per gratiam et virtutes peccati vulnera sanantur in nobis, igitur non indigemus sacramentis : ad istorum

f. 1 va

---

<sup>1</sup> Golosa ms.

<sup>2</sup> Didascalon ms.

sanationem tenet communia, cum sacramenta secundum Hugonem de Sancto Victore sint instituta ut medicinae peccati. Cum ergo illa sanatio possit aliunde sufficienter fieri, uidetur quod sacramenta essent et fuissent superflua. Antecedens patet quia propter hoc gracia a sacramentis dicitur sanitas et decor animae, et philosophus 2<sup>o</sup> Ethicorum comparat uirtutem sanitati corporali. In oppositum est quot dicit Beatus Augustinus in libro *Contra Faustum* : dicit enim omnis religio habuit aliqua signa exteriora in quibus conueniebant ad Deum tollendum, sed omnis status hominum habuit aliquam religionem. Igitur in omni statu hominum fuerunt aliqua huiusmodi signa et illa dicuntur et sunt sacramenta, ut patebit. Pro declaratione criminorum in titulo quaestionum positarum<sup>3</sup> est notandum quod dum septem distinguitur<sup>4</sup> status humani generis in hac vita. Primus est status innocentie siue naturae integrae aut necessarie instituite, quod idem est uel durauit a creatione Ade usque ad ipsius lapsum in peccatum : et ille status fuit breuis quia eo die quo creabantur Adam et Eua, eodem lababantur in peccatum per transgressionem duum precepti. Dicitur autem status ille innocencie uel status naturae integre, quia Deus creauit primos parentes

f. 1 vb

innocentes [lacuna] [...] -gros in na- [...] defectu cor- [...] superaddidit [...] et gratias gratis [...] per illud breue [...] iusti et in nomine [...] superaddita conse- [...] idem tempus [...] naturalia ma- [...] -sci et erant su- [...] -poris et animae [...] mansissent ipsi [...] si ipsi et eorum posterii semper in innocentia<sup>5</sup> perstitissent. Idem etiam status ex eadem causa dicitur status nature instituite, quia quamdiu prothoplasti manserunt innocentes uel iusti quemadmodum creati erant, tamdiu mansit eis eorum natura integra et illesa sicut erat a Creatore condita et fuerat instituta. Alius status humani generis in hac vita est status naturae lapse siue naturae corrupte et est status in quo nunc sumus, qui incepit a peccato primorum parentum - scilicet Ade et Eve - et durat vsque in finem mundi. Dicitur autem status ille status nature lapse uel corrupte, quia cum peccauerunt primi parentes contra praeceptum Dei in **quo** in penam peccati spoliati sunt iustitia originali et innocentia, cum quibus creati erant et multis aly<sup>6</sup> bonis que pro se et pro sua posteritate receperunt. Tunc similiter puniti

f. 2 ra

---

<sup>3</sup> Positorum ms.

<sup>4</sup> Sic!

<sup>5</sup> Innocentia *emend.* ms.

<sup>6</sup> Sic!

sunt ipsi et omnis eorum posteritas cum omnibus istis malis et innumerabilibus defectibus quos continue sentimus in anima et corpore, unde dicit Ysidorus in *De summo bono* : « Cuncta mala per peccatum primi hominis pro pena translata sunt in vniuersum genus humanum ». Dicitur ergo status naturae corrupte eo, quod natura in Adam propter peccatum aliquo modo fuit corrupta, quia spoliata multis bonis et quasi sauciata et vulnerata eo, quod incidit in multa mala et defectus qui transfusi sunt in omne genus humanum, sicut magis habet uideri in 2° libro. Ex hoc significabat saluator noster Luce 10° in parabola de homine quod descendit a Ierusalem in Iericho et incidit in latrones qui eum spoliauerunt et plagis impositis semiuiuum reliquerunt, cuius tamen vulneribus sanandis Samaritanus ei approprians vinum infudit et oleum. Hoc etiam Magister loquitur in principio illius prime distinctionis, cum dicit : Samaritanus uulnerato approprians alligamenta adhibuit quia contra peccati originalis et actualis uulnera sacramentorum remedia Deus instituit. Vbi per vulnera intelligere debemus praedictam generalem lesionem<sup>7</sup> humane naturae ex peccato primorum parentum et per Samaritanum

f. 2 rb

intelligere debemus Dei filium qui appropinquauit nobis cum humanam naturam, in vnitatem suppositi assumpsit et curam nostre salutis agens instituit nobis sacramenta Noue Legis efficacissima remedia contra peccati originalis et actualis peccati vulnera. (Dubitatur) 2° - Notandum quod in statu naturae corrupte distingvuntur tria tempora : primum fuit ab Adam usque ad tempus in quo Deus per Moysen dedit populo Israhel Legem scriptam in Monte Synai. Et illud dicitur tempus legis naturae eo, quod tunc non fuerint diuinitus data aliqua praecepta uel pauca data erant ad bene viuendum praeter ea que ex naturali ratione nota erant et quibus homines naturali ratione ad bene viuendum informabantur. Secundum tempus in statu nature corrupte fuit tempus Legis scripte et dominauit a Moyse usque ad Christum Dominum, in<sup>8</sup> quo tempore populus Iudaicus viuebat sub Lege Veteri quam Deus ipsi per Moysen scriptam dedit et in qua eidem populo multa praecepit ceremonialia et iudicialia que lex nature non habuit, ut patet per totum Pentateucum<sup>9</sup>. Tertium tempus est tempus Noue Legis siue tempus gracie, quod incepit a Christi aduentu et durabit vsque

f. 2 va

---

<sup>7</sup> Lesionem *emend.* ms.

<sup>8</sup> In *emend.* ms.

<sup>9</sup> Pentateucum ms.

in finem mundi. Tertio notandum quod sacramentum causatur in littera a mysterio tripliciter. Primo pro re sacra, scilicet qua fit hominis sacratio, et isto modo sacramentum secundum eum est sacrum secretum, id est sacrum significatum. Alios sacramentos hoc modo dicimus ‘sacramentum Trinitatis’, sacramentum deitatis, sacramentum Incarnationis, etcetera : quodlibet enim istorum est res sacra, homines sacrans et est significatum per aliqua signa a Deo ad hoc instituta. Isto modo non accipitur sacramentum in proposito, sed de sacramento taliter accepto agitur in<sup>10</sup> primo et tertio libro<sup>11</sup>. 2<sup>o</sup> modo accipit Magister sacramentum generaliter, et sic secundum eum sacramentum est sacre rei significatum. Sic tamen intelligendo quod sacramentum isto modo: 2<sup>o</sup> modo acceptum est res sensibilis ex Dei speciali institutione significans rem sacram et ut sit sanctificantem et sanantem morbos animae. Hec diffinitio conuenit in generali et sacramentis Noue Legis de quibus dicitur posterius et sacramentis Veteris Legis, qualia fuerunt<sup>12</sup> decimationes, oblationes, varia sacrificia, agnus paschalis et cetera huiusmodi : ista enim fuerunt res sensibiles, id est visu perceptibiles, et significabant Christum, passionem eius et mortem, etcetera, que sunt sacre res, et sanctificant homines et sanant et

f. 2 vb

reparant homines. Et fuerunt a Deo ad hoc institute ut per eorum exercitium et vsum significarent hominibus huiusmodi sacras res et tamquam eos sanctificantes et sanantes, quia glorificabant Christum tamquam reparatorem mundi et redemptorem, etcetera. Et sanctificabant eius mortem, passionem, resurrectionem, etcetera que ad humanam generis redemptionem pertinebant. Quomodo autem sacramenta Veteris Legis significauerunt Christum et passionem eius et mortem volo determinare in vno et proportionabiliter intelligatur in alijs<sup>13</sup>. Declaro ergo hoc de oblatione agni, cuius frequens vsus tunc fuit in sacrificijs : agnus enim est animalis mansuetum<sup>14</sup>, ratione cuius rite<sup>15</sup> significat Christum mansuetum<sup>16</sup>, de quo dicitur Ysaie quinquagesimo<sup>17</sup>: SICUT OVIS AD OCCISIONEM DUCETUR ET QUASI AGNUS CORAM TONDENTE OBMUTESCIT<sup>18</sup> ET NON APERIET OS SUUM. Agnus talis offerabatur qui fuit sine macula, ratione cuius aperte significat Christum dominum de quo iterum Ysaie 5<sup>o</sup> et Prime Petri secundo : QUI

---

<sup>10</sup> Libro ms.

<sup>11</sup> Libro ms.

<sup>12</sup> Fuerent ms.

<sup>13</sup> Sic!

<sup>14</sup> Sic!

<sup>15</sup> Ritem ms.

<sup>16</sup> Sic!

<sup>17</sup> Quinto ms.

<sup>18</sup> OBMUTESCIT emend. ms.

PECCATUM NON FECIT NEC INVENTUS EST DOLOS MORE EIUS. Agnus huiusmodi innocens et sine macula tunc ymolabatur<sup>19</sup> pro peccatis alienis ut pro peccatis populi, aut pro peccatis hominum eundem agnum offerencium ; sic innocens Dominus noster ymolatus<sup>20</sup> est pro peccatis non suis, quia nullum habuit nec habere

f. 3 ra

potuit, scilicet ymolabatur<sup>21</sup> pro peccatis alienis, quia nostris et tocius mundi per ymolationem<sup>22</sup> et esum agni pascalis filii<sup>23</sup> Israhel liberati sunt a seruitute egiptiaca<sup>24</sup>, ut habetur Exodi duodecimo. Sic per Christi passionem et mortem liberati sumus a seruitute dyabolica<sup>25</sup>. Iuge : sacrificium quod fiebat de agno significabat beatitudinis perpetuitatem et **rite**<sup>26</sup> significat Christum Dominum qui est eterna nostra beatitudo. Ecce quam aperte oblatio et ymolatio<sup>27</sup> de agno significabat Christum Dominum ut reparatorem nostrum et ad hoc significandum huiusmodi agni oblatio a Deo instituta est, et sic intelligatur de alyis<sup>28</sup> ; isto 2° modo accipiendi sacramentum volo vti in ista quaestione. 3° modo accipit Magister sacramentum proprie prout solum conuenit sacramentis Noue Legis et forte conueniebat circumcisioni et de ista acceptione sacramenti loquar posterius in alia quaestione. Conclusio prima : non fuerunt instituta aliqua sacramenta pro statu innocentie, sicut nec sunt aut erunt aliqua in statu glorie. Prima pars patet quia vbi nulla fuit infirmitas animae, ibi non fuit opus aliqua medicina eius sanatiua, dicente Domino Mathei nono: non est opus medico bene habentibus, sed in statu innocentie nulla fuit infirmitas animae, igitur tunc non fuit opus aliqua medicina eius sanatiua qualia

f. 3 rb

tamen sunt sacramenta, propter quod uenerabilis Hugo uocat ea ‘vasa medicinalia’. Minor autem, scilicet quod in statu innocentie non fuerit aliqua infirmitas animae, nunc patet quia omnis infirmitas animae uel est peccatum uel ex peccato proueniens, sed in statu innocentie nullum fuit peccatum hominis, etcetera. Ex eodem patet secunda pars conclusionis, cum in statu glorie nullum sit aut esse possit peccatum aut qualiscumque defectus. Secunda conclusio: in omni statu vie post lapsum necessarium fuit a Deo aliquod institui sacramentum. Patet quia

---

<sup>19</sup> Sic!

<sup>20</sup> Sic!

<sup>21</sup> Sic!

<sup>22</sup> Sic!

<sup>23</sup> Sic!

<sup>24</sup> Egetiapta ms.

<sup>25</sup> Sic!

<sup>26</sup> Ritem ms.

<sup>27</sup> Sic!

<sup>28</sup> Sic!

secundum Hugonem quodcumque fuit morbus, tunc fuit etiam necessaria medicina eiusdem morbi. Sed quia peccatum in hac uita in omni statu humani generis post lapsum fuit morbus - quia peccatum et maxime originale cum quo communiter seu regulariter omnes nascuntur - igitur in hac uita, in omni statu hominum necessaria est et fuit homini sacramentalis medicina. Sed est hic notandum secundum beatum Thomam quod cum dicitur quod pro omni statu uie post lapsum primorum parentum fuerint sacramenta hominibus necessaria, hoc non debet intellegi de necessitate absoluta, scilicet<sup>29</sup> quod sit sic necessarium sicut necessarium est Deum esse. Tamen, cum ex sola diuina bonitate et libertate<sup>30</sup> sint instituta,

f. 3 va

istud est intelligendum, quod sunt necessaria ad consecutionem finis, scilicet sanationis et curationis animae a peccato. Non tamen sic, intelligendo quod Deus hominem sine eis non possit sanare et mundare a peccatis : Deus enim virtutem suam non alligauit sacramentis, ut dicit Magister in littera, sed huiusmodi sacramenta sunt et fuerunt necessaria, id est uilia ad consecutionem huius finis, scilicet sanacionis. Magis enim congrue fit hominis curacio per sacramenta quam alio modo **rite**<sup>31</sup>, sicut dicimus quod equus necessarius est ad<sup>32</sup> ambulandum non quod homo sine equo non possit ambulare, sed quia in equo homo facilius uadit. Ita in proposito huius sacramenti, aut congruitatis et utilitatis tres causas ponit Magister in littera cum dicit quod instituta sint propter humiliationem, propter erudicionem et propter exercitationem. Nam, ut dicit beatus Thomas, homo per peccatum sic corruptus fuit quo ad cognicionem quod eius mens nouerat solum se occupare arta sensibilia propter quod quidem sola sensibilia crediderunt esse. Et si aliqui ad cognicionem intelligibilium perueniebant, tamen ea secundum modum sensibilibium indicabant, et ideo fuit necessarium, id est fuit perutile et

f. 3 vb

congruum ualde sanacioni et curacioni huiusmodi morborum et defectuum nostrorum ut deus instituerat sacramenta sensibilia per que homo de spiritualibus erudiretur, ita quod ex eis proficeret ad spiritualia cognoscenda que ipsa<sup>33</sup> sacramenta significabant. Et illa est secunda causa qua Magister tangit in littera, cum dicit : « Propter erudicionem instituta sunt ut per illud quod fortiter in spiritu<sup>34</sup> uisibili cernitur ad invisibilem virtutem, que intus est ad cognoscenda

---

<sup>29</sup> Scilicet *it.* ms

<sup>30</sup> Libertate ms.

<sup>31</sup> Ritem ms.

<sup>32</sup> Ab ms.

<sup>33</sup> Ipa ms.

<sup>34</sup> Spiritus ms.

mens erudiatur ». Et subdit dicens : « Homo enim qui ante peccatum sine medio Deum uidebat, per peccatum a Deo habuit ut nesciat diuina capere nisi humanis exercitatus, id est qui diuinam cognitionem ante peccatum non ex sensibilibus signis capiebat, sed per infusionem illi per peccatum. Sic habuit ut nesciat diuina capere nisi per sensibilia exercitatus, quo ad affectum taliter quod rebus sensibilibus quasi summis et optimis inherebat, et Deo postposito in ypsis<sup>35</sup> sensibilibus finem sui statuebat. Et ideo fuit homini peruitile ut Deus sibi instituerat sensibilia sacramenta ut homo, subiciendo se rebus eo quod natura inferioribus disceret ex hac humilitate<sup>36</sup> et aswesceret<sup>37</sup> non sistere in eis, sed affectum quem circa ea habet referret in Deum a quo

f. 4 ra

solo salutem quaerit<sup>38</sup>. Et illa est prima causa qua tangit Magister cum dicit in littera, propter humiliacionem, ut dum homo insensibilibus rebus que natura infra ipsum sit, ex praecepto Creatoris se referendo subicit quod hac humilitate et obedientia Deo magis placeat et apud eum mereatur, cuius imperio salutem quaerit<sup>39</sup> in inferioribus se. Et si non ab illis, sed per illa a Deo fuit insuper homo sic corruptus etiam quo ad accionem quo ipsis sensibilibus inordinate vtebatur et fuit necessarium, id est peruitile homini ut instituerat Deus sensibilia sacramenta ut homo ex eis disceret huiusmodi sensibilibus vti ordinate secundum Dei institutionem. Et illa est tertia causa quam Magister tangit in littera<sup>40</sup> cum dicit, propter exercitacionem : « Similiter instituta sunt quia cum homo otiosus esse non possit ». Proponitur ei utilis et salubris exercitatio in sacramentis pro alio et alio statu vie. Tertia conclusio: pro alio et alio statu vie post lapsum fuerunt alia et alia sacramenta. Pro quo notandum quod in omni statu et tempore post hominis lapsum requirebatur fides de reparatione uenturo in mundum, per quem esset medicina morbi, quia

f. 4 rb

sine fide reparatoris nulli umquam salus fuit nec erit, propter quod dicitur Actuum quarto capitulo : NON EST IN ALIQUO ALIO SALUS, NEC ENIM ALIUD NOMEN EST SUB CELO DATUM HOMINIBUS IN QUO OPORTEAT NOS SAVOS FIERI. Ymo<sup>41</sup> fides de reparatore cadens est

---

<sup>35</sup> Sic!

<sup>36</sup> Humilitatem ms.

<sup>37</sup> Sic !

<sup>38</sup> Querit ms.

<sup>39</sup> Querit ms.

<sup>40</sup> La ms.

<sup>41</sup> Sic!

antiquorum et modernorum, quia quem illi uere tunc credebant uenturum in mundum, passurum, resurrecturum, istum nos uere credimus nunc uenisse mortuum fuisse, surrexisse, etcetera. Propter quod dicit beatus Hucus in libro *De nuptys<sup>42</sup> et concupiscentyis<sup>43</sup>*: eadem fides mediatoris quae nos saluat, saluos faciebat iustos antiquos, pusillos cum magnis, quia sicut credimus Christum in carne uenisse ita illi uenturum, et sicut nos mortuum ita illi tunc moriturum, et sicut nos nunc credimus eum surrexisse, ita illi crediderunt resurrecturum, et nos et illi ad iudicium mortuorum et uiuorum uenturum. Sicut ergo tempore legis naturae omnes iusti credebant uenturum redemptorem et reparatorem ac saluatorem generis humani, sic in eodem tempore instituta fuerunt aliqua sacramenta quae fuerunt protestaciones et signa eiusdem reparationis uentura<sup>44</sup> et eius passionis, mortis et resurrectionis

f. 4 va

et similium quae ad reparatorem humani generis pertinebant. Et secundum Hugonem de Sancto Victore huiusmodi sacramenta tempore legis naturae fuerunt etiam in genere, scilicet doctrine oblationes et sacrificia. Et dico ‘notantur in genere’ quia in sacrificiis et oblationibus fuit aliquod speciale institutum et determinatum, sed suffecit homini facere in hijs decentia et sibi possibilis, ut patet de sacrificys<sup>45</sup> Abel et Cayn (Genesis quarto), qui obtulerunt fruges et animalia ex oblationis<sup>46</sup> nomine (Genesis octauo). Qui obtulit alia animalia ex oblatione : Melchisedech qui obtulit uinum et panem (Genesis 14<sup>o</sup>) ; et ex oblatione Abrahae qui obtulit uaccam triennem (Genesis quarto decimo). In tempore uero legis scripte quia creuit fides mediatoris saltem quo ad articulorum explicationem, ut determinatur in tertio distinctione<sup>47</sup> 54<sup>a</sup>. Ideo oportuit tunc multipliciter sacramenta et determinari ea in speciali quantum ad singulares circumstantias, tempore autem Legis gratia instituta sunt a Christo alia sacramenta prioribus multum perfectiora, ut uidebitur posterius. Et hys<sup>48</sup> igitur patet conclusio 3a : nam tempore Legis naturae fuerunt tria genera sacramentorum in generali, et non fuit tunc circumcisio saltem ante

f. 4 vb

---

<sup>42</sup> Sic!

<sup>43</sup> Sic!

<sup>44</sup> Venturi ms.

<sup>45</sup> Sic!

<sup>46</sup> OBLATIONE ms.

<sup>47</sup> Distintione ms.

<sup>48</sup> Sic!

tempus Abrahe, sed tempore legis scripte fuit circumcisio per totum et fuerunt agnus pascalis et multiplicia sacrificia et oblationes et distincte penitentie satisfactiones et multa talia usque ad singulares circumstantias determinata. In Noua ??? Lege sunt sacramenta alia posterius enumeranda, an autem ante circumcisionem fuerit institutum aliquid speciale sacramentum in remedium originalis - sine quo originale non dimittebatur<sup>49</sup> - est dubium. De quo dicitur posterius cum de circumcisione agetur. Ad argumentum ante appositum, quando dicitur : « gracia et virtutes sanant uulnera<sup>50</sup> peccatorum, igitur non indigemus sacramentis », negatur quia, licet enim gratia et uirtutes sanctae formaliter, quia sunt ipsamet sanitas, ipsa tamen sacramenta sunt perutilia ad sanandum, sicut medicinae aliquot modo effective eo, quod causant gratiam saltem sacramenta Noue Legis. Et est simile : licet sanitas sanet formaliter, adhuc indigemus medicinis que sanent effective et causant sanitatem, ex quo etiam patet quod non frustra fuerunt instituta sacramenta quia, licet homo posset sine eis saluatus fuisse per penitentiam et obseruationem mandatorum, tamen non tam bene propter multas utilitates

f. 5 ra

quas afferebant et afferunt homini sacramenta debite suscepta, ut patuit in corpore quaestionis. Queritur secundo vtrum sacramenta Veteris Legis suo tempore contulerint gratiam ratione operis operati. Arguitur quod sit, quia sacramenta a sacrando dicuntur sicut ornatus ab ornando et monimentum a monendo<sup>51</sup>, sed sine gratia non potest aliquid sacrari, igitur sacramenta Veteris Legis non conferebant gratiam per quam sacrabant. 2° - in canone misse fit oratio ut sacrificium Ecclesiae fiat Deum acceptum sicut sacrificia antiquorum Patrum, scilicet Abel, Abrahe et Melchisedech accepta fuerunt. Dicimus enim supra que propicio et sereno vultu<sup>52</sup> respicere digneris et ea accepta habe sicut accepta habere dignatus es munera puri tui iusti Abel, etcetera. Sed sacrificium Ecclesiae confert gratiam ratione operis operati, igitur et sacramenta Veteris Legis conferebant gratiam ratione operis operati. 3° - Hugo de Sancto Victore dicit quod ex quo homo egrotare cepit Deus in sacramentis suis medicinam parauit, sed medicina non potest exhibere contra morbum peccati nisi per gratiam ;

f. 5 rb

---

<sup>49</sup> Dimettebatur ms.

<sup>50</sup> Volnera ms.

<sup>51</sup> Moniendo ms.

<sup>52</sup> Voltu ms.

igitur sacramenta antiquorum gratiam conferebant. In oppositum arguitur sacramenta Veteris Legis non auferebant<sup>53</sup> peccata, igitur non conferebant gratiam communia. Tenet, quia gratia aufert<sup>54</sup> peccata. Antecedens patet per apostolum ad Hebreos 10, vbi vult quod impossibile erat sanguine<sup>55</sup> hircorum et taurorum<sup>56</sup> auferri<sup>57</sup> peccata. Pro ista quaestione est notandum primo quod circa sacramentum sunt duo consideranda : primum est opus operatum et est ypsummet<sup>58</sup> sacramentum applicatum alicui aut ab aliquo susceptum, verbi gratia dignus pascalis fuit sacramentum Veteris Legis, ut patuit in priori quaestione. Et ille rite<sup>59</sup> commestus<sup>60</sup> secundum institutionem et modum Legis Mosaice dicitur in eodem sacramentum opus operatum. Similiter amputatio praepucy<sup>61</sup> in loco generationis facta secundum ordinationem Veteris Testamenti fuit tunc sacramentatio ; et ista amputatio praepucy<sup>62</sup> in circumcissione dicitur opus operatum, quia ipsummet sacramentum. Similiter intelligatur de oblationibus, de sacrificijs<sup>63</sup>, de baptismalibus et innumeris alijs<sup>64</sup> sacramentis et ritibus<sup>65</sup> Veteris Testamenti. Secundum considerandum in sacramento est secundum Thomam usus eius, et est illud quod tenet se

f. 5 va

ex parte ministri aut ex parte suscipientis sacramenti, quemadmodum est eius dispositio in deuotione, in fide et principaliter est eius volitio qua vult<sup>66</sup> vti sacramentum uel qua vult sacrificare, offerre et edere agnum pascale, aut aliquod huiusmodi exercere, aut etiam est exterior vsus et operatio in quantum tamen ab interiore uolitione procedit et imperatur. Et ille vsus sacramenti vocatur ‘operans’ eo, quod est operatio et actus istius qui sacramento tali vtitur, et maxime interior volitio qua libere vult tali sacramento vti propter Deum et a qua volitione exterior usus imperatur. 2° - Notandum quod cum queritur vtrum sacramenta Veteris Legis conferebant gratiam intelligitur non de quacumque gracia gratis data, sed intelligitur de ista speciali gracia quae est vna virtutum theologiarum, et in Scriptura dicitur gratia gratum faciens. Gracia quidem eo quod gratuita Dei bonitate tribuitur ut donum eius eximium, sed

---

<sup>53</sup> Aufferebant ms.

<sup>54</sup><sup>54</sup> Auffert ms.

<sup>55</sup> Sagwine ms.

<sup>56</sup> Thaurorum ms.

<sup>57</sup> Aufferri ms.

<sup>58</sup> Sic!

<sup>59</sup> Ritte ms.

<sup>60</sup> Conmestus ms.

<sup>61</sup> Sic!

<sup>62</sup> Sic!

<sup>63</sup> Sic!

<sup>64</sup> Sic!

<sup>65</sup> Rittibus ms.

<sup>66</sup> Volt ms.

‘gratum faciens’ dicitur eo, quod naturam hominis et opera eius gratificat Deo, et sine ea nemo est acceptus nec alicuius opera etiam quantumcumque bona sunt sine ea meritoria vite eterne, ut patet per Augustinum in *De*

f. 5 vb

*doctrina christiana* et in *De laudibus caritati* et in multis alijs<sup>67</sup> locis. Et dare docet apostolus primae Corinthiorum 13<sup>o</sup><sup>68</sup> dicens : SI DISTRIBUERO OMNEM SUBSTANTIAM MEAM IN CIBOS PAUPERUM ET TRADIDERO CORPUS MEUM ITA UT ARDEAM, CARITATEM AUTEM NON HABUERO, NICHIL MICHİ PRODEST. Dicitur enim ipsa gracia etiam caritas, ut per apostolum hic. Et hoc ideo, quia hominem qui eam habet facit carum Deo et eius amicum. Iuxta illud Iohannis 15<sup>o</sup> : IAM NON DICAM VOS SERVOS, SED AMICOS MEOS. Quod Dominus dixit apostolis : « Ratione caritatis habite ab eos », facit etiam homini Deum carum et dilectum. Et dicitur ‘caritas infusa’ quia a Deo immediate creatur et voluntati hominis infunditur ratione, sicut anima humana a solo Deo creatur et corpori praedisposito infunditur ; sic caritas a solo Deo creatur et animae praedisposite infunditur. Et infunditur prima paruulo in baptismo et sic, cum peruenerit ad etatem perfectam et peccauerit mortaliter, tunc perdit eam. Nequaquam enim simul stant in eadem anima mortalis culpa et caritas infusa, ut probat Augustinus in *De penitencia*. Tali autem homini caritas redditur per

f. 6 ra

contritionem et in eo augetur et integratur per cuiuslibet sacramenti Noue Legis uitam dignam, susceptionem et per omnem bonum actum quem facit homo, inexistente caritate. Multa alia nomina habet in Scriptura de quibus et alijs proprietatibus caritatis seu<sup>69</sup> gratiae gratum facientis uidendum est in libro 3<sup>o</sup> et 2<sup>o</sup> plenius. Cum ergo queritur vtrum sacramenta Veteris Legis, etcetera conferant gratiam, det intelligi de tali gratia de qua dixit, scilicet gratum faciente seu<sup>70</sup> de infusa caritate. Hijs praemissis sit conclusio prima, excepta circumcissione de qua posterius dicetur : nullum aliud Veteris Legis sacramentum conferebat gratia ex operis operati. Patet per illud apostoli ad Hebreos<sup>71</sup> 10<sup>o</sup><sup>72</sup> superius allegatum : impossibile est sanguinatione

---

<sup>67</sup> Sic!

<sup>68</sup> 11<sup>o</sup> ms.

<sup>69</sup> Sic!

<sup>70</sup> Sic!

<sup>71</sup> Ebreos ms.

<sup>72</sup> 4<sup>o</sup> ms.

yrorum et taurorum<sup>73</sup> auferri<sup>74</sup> peccata. Vbi dicit *Glossa*<sup>75</sup> quod Deus illa imposuit tunc in seruitutem et non in iustificationem, igitur non conferebant gratiam ratione operis operati alias iustificassent. Item ad Corinthiorum 3<sup>o</sup> dicit apostolus quoniam ex operibus Legis non iustificabitur omnis caro vbi opera Legis dicuntur 2<sup>m</sup> *Glosam* que cum Lege instituta sunt et terminata, ut erant ceremonialia et figuratiua que unquam valuerunt conscientiam mundare. Item dicunt

f. 6 rb

sancti quod Lex dedit occasionem mortis in quantum ostendebat peccatum et gratiam adiutricem ad resistendum eisdem peccatis non conferebat per huiusmodi sacramenta ratione operis operati. Vnde Augustinus super illud Iohannis primo - LEX PER MOYSEN DATA EST, GRATIA ET VERITAS PER IHESUM CHRISTUM FACTA EST - dicit : « Lex minabatur, non opitulabatur ; iubebat, non sanabat. Langworem<sup>76</sup> ostendebat, non auferebat<sup>77</sup>, sed praeparabat medico uenturo cum gratia et ueritate ». Secunda conclusio : Vsus sacramentorum Veteris Legis fuit meritorius uite eterne quando fiebat rite ordinate et in<sup>78</sup> caritate, ita quod operans fuit auctoritate et caritas eum mouit ad sic rite vtendum talibus sacramentis. Patet per uenerabilem Bedam dicente quod sacramenta Veteris Legis suo tempore custodita et seruata secundum congruum eorum vsum vitam conferebant eternam nisi sit eiusdem eterne uite meritorium igitur, etcetera. Item omnis actus uirtutis formate caritate est meritorius uite eterne, sed vsus sacramentorum Veteris Legis fuit actus uirtutis latrie, quia actus pertinens ad cultum diuinum et latria uirtus in sanctis et iustis fuit formata caritate ; igitur usus iste fuit in eisdem sanctis et iustis

f. 6 va

meritorius uite eterne, etcetera. Ex ista conclusione sequitur quod sacramenta Veteris Legis fuerunt meritoria uite eterne ratione operis operantis. Patet quia in sacramentis opus operans est vsus eorum secundum modum praedictum et talis vsus in habente caritatem fuit meritorius uite eterne, ut dicit conclusio praecedens, quia fuit opus uirtutis - scilicet latrie - interiorius libere a voluntate elicatum aut exteriorius ab eadem uolitione imperatum. Igitur et huiusmodi vsus sacramentorum fuit ratione operis operantis meritorius uite eterne. Secundo sequitur quod

---

<sup>73</sup> Thaurorum ms.

<sup>74</sup> Aufferri ms.

<sup>75</sup> Glosa ms.

<sup>76</sup> Sic!

<sup>77</sup> Aufferrebat ms.

<sup>78</sup> In *emend.* ms.

sacramenta Veteris Legis quo ad opus operans conferebant gratiam. Patet quia quid meretur vitam eternam, hoc etiam confert gratiam ex conclusioni doctrina doctorum, et alibi<sup>79</sup> habet plenius uideri. Cum ergo huiusmodi sacramenta ratione operis operantis conferebant gratiam, quia per modum meriti - licet non ratione operis operati - quia non per modum<sup>80</sup> sacramenti. Et hoc est dicere quod sacramentum per se non<sup>81</sup> habuit vim aliquid de gracia conferendi, sed solo uolicio utendi sacramento ex fide et deuocione merebatur gratiam augeri et gradum glorie, sicut aliter actus virtutis ex caritate elicitus talia meretur. Et ideo poterat esse in causa, quod vnus in Veteri Testamento utebatur sacramento

f. 6 vb

et aliter non, et tamen habentur equale meritum. Exempli gratia pono in causa quod Moyses et Aaron tempore suo habuerint equales uoliciones utendi sacramento aliquo sui temporis, ut sacrificandi aut edendi agnum pascalem, etcetera et habuerint equales caritates ac fidem et deuocionem, et omnia fuerunt paria quae faciunt ad bonitatem actus. Et quod Moyses vsus fuerit sacramento ut scilicet quod sacrificauerit actualiter aut comederit<sup>82</sup> agnum pascalem, etcetera, Aaron uero non quod impeditus fuit paupertate, aut infirmitate, aut captiuitate aut alio tali legitimo impedimento. Tunc licet Moyses habuerit in tali sacramento opus operatum et opus operans et Aaron solum opus operans, tamen habebant equale augmentum gratiae et merebantur equalem gradum gloriae, quia opus operatum nichil tunc conferebat de gracia aut de gloria, sed solum opus operans, et hoc habebant equale et eque bonum quia habebant actus virtutis laetiae, scilicet uoliciones sacrificandi, etcetera equales et eque bonos per omnia. Et ex equali caritate, fide et deuocione procedentes igitur habebant equale meritum et praemium, secus uero est modo de sacramentis Noue Legis in quorum

f. 7 ra

digno vsu homo duplicem consequitur gratiam vnā ex opere operato et aliam ex vi sacramenti, ut patebit in proxima quaestione. Tertia conclusio plura sacrificia Veteris Legis purgabunt ab inmundicijs carnis etiam ratione operis operati, pro quo notandum quod in Veteri Lege multa impedimenta erant constituta quibus homines tunc ad tempus efficiebantur inidonei<sup>83</sup> ad vsum sacramentorum. Et haec impedita dicebantur inmundicia carnis non quod

---

<sup>79</sup> Allibi ms.

<sup>80</sup> Modo ms.

<sup>81</sup> No ms.

<sup>82</sup> Commederit ms.

<sup>83</sup> Sic!

essent aliquae maculae in corpore, sed quia per talia homo ad tempus reddebatur inidoneus<sup>84</sup> ad corporaliter accedere ad sedendum ad sancta, ut adingrediens templum, ad habitandum intra castra, ad vsum sacramentorum, etcetera. Et aliqua sacramenta Veteris Legis purgabant<sup>85</sup> ab alijs immundicijs carnis, id est illos qui talibus sacramentis utebantur reddebant idoneos<sup>86</sup> ut accedere possent ad templum et ad castra et ad cetera sacramenta, et talia fuerunt sanguis<sup>87</sup> yrcorum et aqua expiationis et cetera que habentur Numeris 19° et in alijs multis locis. Propter quod dicit apostolus<sup>88</sup> ad Hebreos 9° : « SANGUIS<sup>89</sup> YRCORUM<sup>90</sup> ET TAURORUM<sup>91</sup> ET CINIS VITULI ASPERSUS INQUINATOS SANCTIFICAT<sup>92</sup> AD EMENDACIONEM CARNIS ». Et ista inquinatio secundum Magistrum in littera fuit contactus mortui et fuerunt plura alia. Et Augustinus dicit : « Nichil aliud intelligo in-

f. 7 rb

-quinationem quam Lex mundat nisi contactum mortui hominis quem qui tetigerat immundus erat septem diebus, sed purificabatur secundum Legem die tertio et septimo et mundus erat ut iam intraret templum ». Et subdit Magister : « Mundabant etiam interdum a corporali lepra illa legalia », quod tamen non est sic intelligendum, quod leprosos uere sanauerit. Sed cum dicit beatus Thomas mundabant, id est mundatos ostendebant quando signa aliqua lepre que apparuerunt cessabant. Diceret aliquis contra illam conclusionem quod<sup>93</sup> inter omnia sacramenta Veteris Legis magis pernegativum erat cinis vituli aspersus, ut patet Numeris<sup>94</sup> 19° et tamen illud magis mundabat quam purgabat, igitur nec alia mundabant. Antecedens patet quia sacerdos, quod vitulam ymolabat<sup>95</sup>, sanabat se et uestimenta sua et cum alios aspergebat immundus efficiebatur, ut patet **Venerabilis Beda** igitur. Respondet sanctus Thomas quod ymo<sup>96</sup> cinis aspersus mundabat modo praedicto, sed sacerdos lauabat se. Hoc fecit ne cum manibus sanguinolentis<sup>97</sup> et timorosis alia tangeret, etiam quia sacramentorum ad communia non debet esse commixtio, vnde et vincti crismate lauauit manus et abstergunt exilii<sup>98</sup> causa,

---

<sup>84</sup> Sic!

<sup>85</sup> Pnegabant ms.

<sup>86</sup><sup>86</sup> Sic!

<sup>87</sup> Sic!

<sup>88</sup> Appostolus ms.

<sup>89</sup> Sic!

<sup>90</sup> Sic!

<sup>91</sup> Thaurorum ms.

<sup>92</sup> Sanctificat emend. ms.

<sup>93</sup> Quod om. ms.

<sup>94</sup> Num ms.

<sup>95</sup> Sic!

<sup>96</sup> Sic!

<sup>97</sup> Sic!

<sup>98</sup> Exsilii ms.

quod autem alios aspergendo et sic mundando immundus reputabatur. Hoc institutum fuit propter tria :

**f. 7 va**

primo propter hoc, ut sacerdos etiam esset sub oneribus Legis sicut alij, et 2° ad tollendum superbiam sacerdotum de hoc, quod alios sanctificabant immundi, ergo erant secundum Legem ne superbirent ex hoc super alios quos sanctificabant. Tertio ad significandum quod sacerdos in Noua Lege propter maximam sanctitatem sacrificij ??? et propter maximam reuerentiam eidem debitam semper se debet in ydoneum<sup>99</sup> reputare. Ad argumenta ante opposita ad primum respondet sanctus Thomas quod sanctificatio vno modo importat emundationem a peccato et confirmationem in bono que fit per gratiam ; et sic sacramenta Veteris Legis non dicebantur sacramenta improprie, scilicet quasi signa sanctificancium. Recte, sicut improprie dicimus sanum illud quod tantum significat sanitatem, et dicit Magister in littera quod minus proprie in Scriptura sepe sacramenta uocantur, quia signa erant rei sacre quae<sup>100</sup> utique non praestabant saltem rationem operis operati. Alio modo sanctificatio dicitur mancipatio alicuius ad aliquod sacrum et isto modo dicebantur sacramenta quasi mancipancia ad sacra, quia per ea fiebat quedam ydoneitas rerum ad sacrum vsum et in templo, et in vasis, et ministris. Et in populo illo modo etiam dicebantur apud gentiles ‘sacramenta militaria’, quibus homo mancipatur

**f. 7 vb**

officio militari. Ad secundum dicitur quod ibi non comparamus sacrificium nostrum, scilicet sacramentum altaris ad sacrificia veterum, etiam quorumcumque saltem quo ad opera operata et quo ad sacramenta in se eo, quod nostrum sacrificium altaris incomparabiliter dignius est et plus placens Deo quam sacrificia quorumcumque antiquorum Patrum in Veteri Lege. Sed fit ibi comparacio quo ad opera operantia, quia fit comparacio fidei et deuotionis sacerdotis offerentis ad fidem et deuocionem sanctorum Patrum, tunc scilicet in Veteri Lege Deo sacrificancium. Nam propter fidem et deuotionem istorum trium Patrum ibi nominatorum placuerunt Deo ipsorum sacrificia, propter quod dicitur Genesis 4° : RESPEXIT DEUS AD ABEL ET AD MUNERA EIUS. Ecce, primo *respexit Deus ad Abel* quia virtus et deuocio Abel offerentis placuit sibi et post hoc dicitur quod respexit *ad munera eius* quia propter merita ipsius placuerunt Deo eius sacrificia. Et ita petimus ut etiam Deus tales nos faciat in fide, deuotione et caritate ut illud sacrificium dignissimum quod in seipso semper sibi placet et est sibi acceptissimum etiam fiat

---

<sup>99</sup> Sic!

<sup>100</sup> Quam ms.

sibi a nobis acceptum. Ad secundum dicitur secundum beatum Thomam quod sacramenta Veteris Legis dicebantur ‘medicine’ quantum ad significationem et non quantum ad collationem gratiae. Vel, dicatur quod Hugo

f. 8 ra

de Sancto Victore fuit illius opinionis, quod sacramenta Veteris Legis aliquo modo conferent gratiam, et ideo vocavit ea ‘medicinalia’. Sed quia hoc non tenetur communiter et videtur adversum dictis sanctorum et ideo non est in hoc curanda ista auctoritas sua. Qveritur tertio **utrum sacramenta Noue Legis conferant gratiam ratione operis operati**. Arguitur quod non, quia, si conferrent gratiam ratione operis operati hoc esset isto modo, quia causant gratiam effectiue. Sed hoc non igitur maior satis probatur, quia dicit Augustinus *Octuaginta trium quaestionum* quod quosdam effectus in creatura Deus per seipsum agit ut animas illuminaret<sup>101</sup> quasdam<sup>102</sup> per creaturam. Cum ergo gratia sit lux animarum, non per sacramenta gratiam infundit, sed per seipsum. In oppositum est Magister in littera, qui diffiniendo sacramentum Nove Legis dicit ipsum causare gratiam, igitur et confert eam. Ad intelligendum quid sit sacramentum Noue Legis est primo notandum vna est Augustini dicentis : « Sacramentum est in quo sub tegumento rerorum visibilium divina uirtus secretius operatur salutem. Secunda est Hugonis de Sancto Victore dicentis : « Sacramentum est corporale uel materiale elementum extrinsecus oculis sumptum<sup>103</sup> ex in-

f. 8 rb

-stitutione significans, ex similitudine repraesentans gratiam continens. Tercia est Magistri dicentis in littera : « Sacramentum est invisibilis gratie visibilis forma, ut eius ymaginem<sup>104</sup> gerat et causa existat, et quia iste diffinitiones bene intellecte et debite supplete non uidentur in sua differre ». Et ideo volo solum diffinitionem Magistri declarare, ex cuius enim declaracione potens patere etiam alia<sup>105</sup>. Secundo notandum quod in diffinitione Magistri hic<sup>106</sup> forma tantum ualet sicut signum et ponitur pro genere et primo tertio diffinitionis, vnde omnem sacramentum est quoddam sig<n>um et non econuerso. Et hic<sup>107</sup> uisibile est prima differentia, et ponitur pro sensibili. Omne sacramentum est signum sensibile, id est signum quod aliquo exteriori sensu

---

<sup>101</sup> Illuminare ms.

<sup>102</sup> Quosdam ms.

<sup>103</sup> Supptum ms.

<sup>104</sup> Sic!

<sup>105</sup> Alie ms.

<sup>106</sup> Ly ms.

<sup>107</sup> Ly ms.

aut pluribus percipi potest, et postea dicitur inuisibilis gratie. Per inuisibilem gratiam debemus intelligere aliquem effectum gratuitum insensibilem, id est nullo sensu perceptibilem ut est gratia gratificans aut gratia subsistens vt in Eucaristie<sup>108</sup>, aut dimissio peccatorum, uel aliud huiusmodi. Deinde dicitur ut eius similitudinem gerat per quod minuitur quod ipsum sacramentum - quod est quoddam exterius sensibile - signum habet ex natura sua et naturali proprietate cum isto interiori et insensibili

f. 8 va

gratuitu effectum aliquam similitudinem et rationem istius naturalis similitudinis et etiam ex diuina institutione significat huiusmodi gratuitum effectum non semper quo ad inesse, sed quo ad fieri aut quo ad conferri. Vltimo dicitur in diffinitione ut eius causa existat : per hoc innuitur quod ipsum sacramentum quod est sensibile signum non solum significat effectum gratuitum aut aliquid sacrum - ut faciunt sacramenta Veteris Legis, ut praedixi - sed effectum quem significant<sup>109</sup> ; etiam causant aliquo modo, ut posterius patebit. Tertio notandum quod in sacramentis Noue Legis quoddam est sacramentum tantum : aliud est sacramentum et res sacramenti, ut posterius dicetur, non de quolibet sacramento agatur in speciali. Magister ergo hic solum diffinit sacramentum Noue Legis et quod est sacramentum tantum. Et potest ex dictis diffinicio sic poni explicite : sacramentum Noue Legis - quod est sacramentum tantum - est res sensibilis insensibilem effectum gratuitum, ex Dei speciali institutione significans et causans eundem effectum quem figurat, id est quem significat. Et pro maiori intellectu potest hoc declarari de omni sacramento Noue Legis ut in baptismo dicitur : enim primo in diffinitione est res sensibilis, quia potest percipi. Illud conuenit baptismo, quia

f. 8 vb

baptismus sit aqua abluens siue sit ablucio hominis in aquam. Semper est res sensibilis quia potest percipi visu et tactu. Dicitur 2<sup>o</sup> significans effectum gratuitum et insensibilem, et hoc etiam conuenit baptismo quia significat gratiam interioris mundantem a peccato. Vel, significat interiorem mundacionem animae a peccato per gratie infusionem. Et istam significat ex naturali similitudine : apta enim est similitudo quod sicut aqua superinfusa corporaliter solet ipsum mundare a sordibus corporalibus<sup>110</sup>, ita gratia infusa animae eam mundat a peccatis. Signat etiam eundem effectum ex Dei speciali institutione quia dicit S<anctus> T<homas> quod aqua

---

<sup>108</sup> Sic!

<sup>109</sup> Signant ms.

<sup>110</sup> Corpalibus ms.

ex similitudine naturalis proprietatis sue habet aptitudinem ad significandum praedictum effectum, sed determinatio et complementum significationis est ex institutione diuina. Tertio dicitur in diffinitione causans eundem effectum insensibilem quem figurat, et hoc etiam conuenit baptismo qui aliquo modo causat gratiam cuius est similitudo representativa et mundacionem anime interiozem. Quarto notandum quod - sicut dictum est in priori questione<sup>111</sup> - in sacramentis Veteris Legis sunt duo consideranda, sic etiam in sacramento Noue Legis duo sunt consideranda. Primum est opus operatum, quod est ipsum sacramentum ab aliquo susceptum -

f. 9 ra

ut baptismus est sacramentum Noue Legis - et ille ab aliquo actualiter susceptus dicitur ‘opus operatum’, et ita de alijs sacramentis Noue Legis. Secundum est opus operans, id est opus ipsius suscipientis sacramentum, vtpote volicio suscipienti et deuotio suscipientis. Conclusio prima : Sacramenta Noue Legis<sup>112</sup> conferunt gratiam ratione operis operantis ; patet sic quod aliquis adultus existens in caritate ac deuotus et benedispositus uelit suscipere aliquod Noue Legis sacramenti rite et ordinate propter Deum, et ita etiam suscipiat. Tunc illa volicio dicitur ibi ‘opus operans’, ut dixi, innotabili vltimo et ratione illius confertur gratia ipsi suscipienti sacramentum, quia volicio talis suscipiendi sacramentum et eo rite vtendi est actus liber bene circumstantionatus, ut suppono, et ex caritate procedens igitur meretur augmentum gratiae gratificantis et cum hoc gradum gloriae, sicut quilibet aliter actus virtutis ex caritate procedens igitur, etcetera. Hoc satis patet declaratum ex questione precedenti, ex quo enim sacramenta Veteris Legis ratione operis operantis conferunt gratiam et merentur gloriam ; multo a fortiori sacramenta

f. 9 rb

Noue Legis. Secunda conclusio : sacramenta Noue Legis cuilibet rite suscipienti et non ponenti obicem per mortale peccatum conferunt gratiam ratione operis operati. Patet quia sacramenta Noue Legis significant, igitur eam causant et conferunt. 3<sup>a</sup> ex diffinitione praemissa : item patet conclusio ex differentia sacramentorum Noue Legis et Veteris Legis quam ponit Augustinus et allegat Magister in littera : dicunt enim quod ista sacramenta Veteris Legis solum promittebant et significabant. Hec autem, scilicet sacramenta Noue Legis, dant salutem que salus non est sine gratia gratum faciente : si enim sacramenti Veteris Legis aliquid conferebant de gratia hijs

---

<sup>111</sup> Questione quod ms.

<sup>112</sup> Legis om. Ms.

quibus applicabantur, hoc erat solum ex sanctitate operationis proprie ipsius suscipientis aut ex bonitate dispositionis eius in fide, deuotione, caritate, etcetera. Vel, ex deprecatione ministri<sup>113</sup> applicantis, aut ex deprecatione suscipientis et non ex vi et virtute ipsius sacramenti nec forte in circumcissione, in sacramentis autem Noue Legis vltra meritum operantis confertur gratia ex vi operis operati, scilicet ipsius sacramenti. Ex hijs sequitur quod, si adultus existens in caritate cum deuotione et bona dispositione suscipit

f. 9 va

Eucaristiam<sup>114</sup> aut aliud sacramentum Noue Legis duplex, et hoc sequitur gratiae augmentum, patet quia vnus gradus sic confertur ratione proprie dispositionis et meriti sicut pro alio bono opere, alter gradus sibi confertur ex visacramenti quod hoc habet ex Christi merito, ut patebit. Secundo sequitur quod, si a et b sint in equali caritate sunt equeque deuoti, habent equale desiderium sumendi Eucaristiam<sup>115</sup> aut aliud sacramentum et cetera omnia que tenent se ex parte bone dispositionis eorum sunt paria in vtroque. Et a suscipit sacramentum, et b forte impeditus, vndecumque a consequitur maiorem gratiam quam b. Patet quia ratione propriorum meritorum et bonarum dispositionum equalium in vtroque consecuntur equales gradus gratie et a. Et vltra hoc consequitur gradum gratie ex vi suscepti sacramenti - ut patet ex conclusione 2<sup>a</sup> - quem gradum non consequitur b. Tercio sequitur quod sacramenta Noue Legis perfectiora sunt sacramentis Legis Antiquae : patet cum ista conferant gratiam ratione operis operati, et alia non dempta forte circumcissione que tunc tamen minorem conferebat gratiam quam nunc baptismus qui circumcissioni succedebat. Ad argumentum ante oppositum petit quomodo sacramenta Noue Legis sint causa gratiae<sup>116</sup> et

f. 9 vb

de hoc dicetur in quaestione sequenti : queritur quarto vtrum sacramentis Noue Legis insit quedam virtus ratione cuius causent et producant gratiam effectiue. Arguitur primo quod non insit eis virtus talis, quia sacramenta Noue Legis non habent a seipsis huiusmodi virtutem. Et ergo si<sup>117</sup> esset in eis, oportet<sup>118</sup> quod habentur a Deo eam et non est a signare quando eis data sit : non enim in ipsa institutione sacramentorum eis dari potuit, quia res ille et illa uerba tunc

---

<sup>113</sup> Misteri ms.

<sup>114</sup> Sic!

<sup>115</sup> Sic!

<sup>116</sup> Gratia ms.

<sup>117</sup> Si add ms.

<sup>118</sup> Oportet ms.

non erant. Et illi quod non est nichil datur, nec potest dici quod Deus quotidie<sup>119</sup> dat eis illam virtutem a nouo, quia dicunt doctores quod creatio in hoc tempore solum animarum rationalium et gracie et non possent eis alio modo dari de nouo nisi per creationem igitur, etcetera. Secundo, talis virtus uel esset corporalis uel spiritualis, sed nullum istorum igitur minor probatur quia si esset corporalis tunc non posset agere in spiritum producendo caracterem<sup>120</sup> uel aliud huiusmodi, et sic esset virtus illa virtus frustra. Si autem virtus huiusmodi poneret spiritualis, tunc non posset esse in sacramento, quod est corporale, quia quomodo posset accidens spirituale esse in subiecto corporeo et extenso ? Tertio : in sacramento sunt plura, scilicet uerba et res. Si ergo poneretur talis virtus in sacramento,

f. 10 ra

uel illa esset in altero tantum et hoc non cum non fit maior ratio de vno quam de altero uel poneretur in utroque, et hoc item non potest rationabiliter dici quia illud esset multiplicare maculam<sup>121</sup> sine necessitate eo, quod idem esset in diuersis subiectis, scilicet in uerbis et rebus sacramenti et in diuersis sillabis uerborum, et esset accidens in accidente subiectiue, quia huiusmodi virtus esset in uerbis, in opere et per aerem sonantibus igitur, etcetera. Quarto sicut in naturalibus non est ponenda pluralitas sine necessitate secundum Philosophum primo *Physicorum* et 3<sup>o</sup> *De anima*: natura enim non habundat in superfluis nec aliquid facit<sup>122</sup> frustra saltem secundum speciem. Ita etiam in fide non sunt plura ponenda quam ueritas fidei non requirit ponere talem, sed ueritas fidei non requirit ponere talem uirtutem in rebus aut uerbis sacramentorum, cum omnia possint convenienter saluari : sine ea igitur superfluum est eam ponere. Quinto : in sacramento altaris nulla talis virtus est ponenda, igitur pari ratione nec in alijs sacramentis. Antecedens patet quia ibi transustanciabatur panis in corpus Christi et hoc non potest fieri aliqua uirtute finita et creata, sed fit solum uirtute diuina infinita. Igitur fictitium uidetur po-

f. 10 rb

-nere talem uirtutem in sacramentis igitur, etcetera. Deinde arguitur quod ipsa sacramenta non causant gratiam, siue insit eis talis uirtus siue non, quia dixit Beatus Benedictus de cena Domini : “Sicut infestatur canonicus per librum, abbas per baculum et Episcopus per anulum, sic diuisiones gratiarum sunt diuersis edite sacramentis, sed liber non est causa canonicatus, nec

---

<sup>119</sup> Quotidie ms.

<sup>120</sup> Caractarem ms.

<sup>121</sup> Imacula ms.

<sup>122</sup> Nec aliquid facit it. ms.

annulus episcopatus igitur, nec sacramenta sunt causa gratie". Secundo, quia si sacramenta essent causa gratie, tunc maxime essent cause effective ipsius productiue ; sed hoc non potest esse cum gratia secundum omnes creetur a solo Deo igitur, etcetera. In opposito arguitur et primo quod insit sacramentis quedam specialis virtus et spiritualis ordinata ad gratiam pro ipsa inducenda, quia dicit Augustinus que est vis aque ut corpus tangat et corpus abluat ; igitur habet baptismus aliquam virtutem et ita videtur esse de alijs sacramentis a pari ratione. Similiter Beda dicit quod Christus tactu mundissime carnis sue vim generatiuam contulit aquis. Tercio sacramenta sunt medicine spirituales, ut dicit Hugo: medicinae autem que non habent aliquam virtutem invtiles sunt, cum ergo medicinae spirituales et sacramentales non possunt esse de se invtiles.

f. 10 va

Sequitur quod habeant aliquam virtutem igitur, etcetera. Quarto arguitur quod sunt causa<sup>123</sup> pro gratiae productiua quia illa est differentia inter sacramenta Noue Legis et Veteris Legis, quia Noue Legis sacramenta causant quod figurant, id est significant et Veteris Legis non ut sepe dictum est, cum ergo sacramenta Nove Legis significant gratiam. Sequitur quod etiam causant eam et hoc etiam notum est ex diffinitione sacramenti Noue Legis. Quinto : sacramenta continent gratiam et non nisi ut causa suum effectum, igitur sunt cause gratie et non materialis, nec formalis, nec finalis - ut notum est - igitur sunt eius causa efficiens. Igitur antecedens patet quia in *Glossa ad Galathas*<sup>124</sup> sic dicitur, quod sacramenta Veteris Legis dicebantur egea et inania quia gratiam non continebant, sed hoc non potest dici de sacramentis Noue Legis, scilicet quod egea sunt et inania : igitur gratiam continebant. Idem patet per diffinitionem Hugonis superius positam vbi interceptans<sup>125</sup> clausolas dicitur etiam quod sacramentum est gratiam continens ; propter hoc etiam dicuntur vasa gratie et vasa medicinalia quamuis apud omnes sit certum et firmissime credendum sit quod sacramenta Noue Legis gratiam conferant et aliquo modo causent, vt prius dictum est.

f. 10 vb

Tamen de modo causandi eam et de virtute qua mediante causent non est inter doctores plena concordia, sed sunt de hoc due famose opiniones : vna est beati Thomae et multorum aliorum secum in hoc concordantium, qui dicunt primo quod ex applicacione sacramenti Noue Legis

---

<sup>123</sup> Causa *emend.* ms.

<sup>124</sup> Gallathas ms.

<sup>125</sup> Intercetans ms.

secuntur in anima digne suscipientis duo effectus spirituales. Primus est character uel est quidam ornatus animae quo ad alia sacramenta que characterem<sup>126</sup> non inprimunt. Secundus effectus qui sequitur ex applicatione sacramenti est ipsa gracia iustificans et gratum faciens. 2° dicunt quod Deus in sacramento Noue Legis in eius applicatione et vsu dat quandam virtutem spiritualem qua mediante ipsum sacramentum producit in anima hominis primum effectum, scilicet characterem<sup>127</sup> uel animae ornatum, qui character uel ornatus est dispositio ad cuius positionem Deus causat semper gratiam in eadem anima nisi ponat impedimentum et obicem. 3° dicunt quod ipsa sacramenta respectu primi effectus, scilicet characteris<sup>128</sup> vel ornatus, sunt cause efficientes eo, quod illum effectum mediante uirtute a Deo eis impressa<sup>129</sup> producant causaliter effectiue. Respectu secundi uero - scilicet iustificationis aut gratie - non sunt cause

f. 11 ra

producentes sed solum sunt cause disponentes, quia producant effectiue ornatum aut characterem<sup>130</sup>, qui est dispositio prima ad quam Deus immediate producit gratiam eam creando et iustificat hominem. Et sic Deus est causa principalis respectu amborum effectuum, et sacramentum est causa instrumentalis efficiens quidem respectu primi - scilicet characteris et ornatus - et est solum causa disponens respectu 2<sup>i</sup> - scilicet gratie - quia illam non attingit productiue, sed solum producit dispositionem qua, posita in anima et non existente obicem, Deus creat gratiam. De hac re possunt poni plura exempla ex quibus omnibus simul combinatis potest aliquo modo hec materia intelligi : primum exitum est quod ??? uirtute sua naturali agit in embrionem producendo in eo complexionem conuenientem animae humane, qua complexione, posita in materia tamquam sufficienti dispositione pro humana anima infundenda, Deus solus creat animam humanam et ipsam corpori sic praedisposito infundit. Sic sacramentum Noue Legis per uirtutem sibi desuper datam agit in animam producendo in ea characterem aut ornatum, qui est sufficiens dispositio ad gratie

f. 11 rb

receptionem in eo qui non ponit obicem ; aliunde, qua dispositione posita, Deus solus creat gratiam et eam animae sic praedisposite infundit. Secundum exitum est - dicit Damascenus in

---

<sup>126</sup> Caractarem ms.

<sup>127</sup> Caractarem ms.

<sup>128</sup> Caractareris ms.

<sup>129</sup> Inpressa ms.

<sup>130</sup> Caractarem ms.

suo 3<sup>o</sup> - quod humanitas Christi fuit uelut<sup>131</sup> quoddam organum seu<sup>132</sup> instrumentum deitatis et ideo humana natura commentabat aliquid in opere virtute diuina. Et ergo quando Christus tangendo mundauit leprosum tunc, sicut diuinitas sanat leprosum principaliter, sic tactus Christi corporalis causabat salutem leprose non ut signum solum, sed ut instrumentum quod commentabat aliquo modo in tali opere deitatis, scilicet in istius hominis sanationem. Sic in proposito uidetur ymaginandi<sup>133</sup> quod, cum applicatur alicui sacramentum, tunc Deus ut agens principale iustificat hominem et sacramentum concurrat non ut signum solum, ut dicunt alij, sed ut instrumentum quod producat dispositionem necessariam ad gratiam suscipiendam et sic ut Dei instrumentum pertingit ad effectum ad quem per se non posset attingere, et ideo pro illo producendo communicatur sancta virtus quedam supernaturalis. 3<sup>um</sup> exitum est ignis Purgatory uel Inferni : agit penaliter in animam separatam, ymo<sup>134</sup> idem ignis agit in vnam animam plus et in aliam minus, 2<sup>m</sup> diversitatem culparum, et neutrum

f. 11 va

illorum posset ignis ex se, sed potest hoc et facit in quantum instrumentum diuinae iustitiae. Sic in<sup>135</sup> proposito sacramentum agit in animam dispositionem primam ad gratiam imprimendam et hoc non posset ex se et ex sua natura, sed facit ut instrumentum diuinae misericordiae homines per sacramenta iustificantis et ut hoc posset facere Deus ei dat virtutem spiritualem mediante qua illud operatur. Quartum exitum : calor igneus, in quantum est instrumentum animae in corpore animalis. Habet secundum Philosophum inde anima generare carnem quam secundum suam naturam non posset generare, quia secundum propriam naturam non haberet nec dissoluere et corrumpere. Ita in<sup>136</sup> proposito sacramentum - quod est aqua, uel oleum, uel alia similis materia corporalis - ut instrumentum Dei agit in animam et agit in eam nobilem dispositionem, scilicet characterem aut aliud ornatum animae quorum neutrum posset ex se. Sed potest mediante virtute sibi ad hoc diuinitus data quod valde facit ad nobilitatem et excellenciam sacramentorum Noue Legis, quod eis Deus dat tam nobilem uirtutem supernaturalem ut possint tam nobilem effectum agere in animam. Et ut non solum sint signa gratiae dande - sicut denarius plumbeus, uel aliud simile esset signum alterius elemosinae, uel alterius rei accipiende - sed

---

<sup>131</sup> *Velud* ms.

<sup>132</sup> *Sic!*

<sup>133</sup> *Sic!*

<sup>134</sup> *Ymo* ms.

<sup>135</sup> *Im* ms.

<sup>136</sup> *Im* ms.

f. 11 vb

sint aliquo modo cause gracie, scilicet dispositiue prout superius fuit aliquo modo declaratum. Vlterius dicit Sanctus Thomas quod uirtus illas sacramenti est in ipso sacramento sicut in subiecto. Gratia uero est in sacramento, non ut in subiecto, nec ut in vaso - ut patet ex dictis - sed est in sacramento eo modo quo effectus est in sua causa. Et quia sacramentum est causa gratiae dispositive instrumentaliter - ut patet ex dictis - et ergo gratia est in sacramento sicut in causa sua dispositiua instrumentali - et hoc uolunt Glose et sancti cum dicunt gratiam esse in sacramento et sacramentum continere gratiam - diceret aliquis : - Sacramenta dicuntur ‘vasa medicinalia’, et vasa gratie quomodo ergo dixisti, quod gracia non est in sacramentis ut in vaso<sup>137</sup>. Respondet S<anctus> T<homas> quod pulcherrime dictum est gratiam contineri in sacramentis sicut in vaso<sup>138</sup> per quandam similitudinem : sicut enim quod est in vaso non denominat ‘vas’, sed in eo conseruatur ut possit inde accipi cuiuslibet, ita gratia quae modo praedicto continetur in sacramentis non denominat ea, nec qualificat sicut actus solet denominare et qualificare subiectum, sed gratiam in ipsis sacramentis potest accipere quicumque eis digne et laudabiliter uti uoluerit. 2<sup>m</sup> hanc positionem esset respondendum ad argumenta ante opposita<sup>139</sup> quae uidentur contra eam militare et ergo breuissime

**f. 12 ra**

monebo solum aliquas euasiones ; sed qui eam defendere uoluerit cogitet particularius. Ad primum dicitur secundum S<anctum> Thomam quod sacramenta respectu effectus sacramentalis sunt instrumenta, sed uirtus agendi instrumentaliter non datur instrumento saltem complete nec quando mouetur actualiter a principali agenti. Et ergo illa uirtus datur sacramentis solum in ipso eorum usu et applicatione et definit cum ipso sacramenti usu. Ad primum dicitur quod uirtus est spiritualis et est in sacramento corporali, quod non debet reputari intentione mens sicut nec de anima humana que est indivisibili corpore. Ad 3<sup>m</sup> posset dici quod uirtus est in solo elemento quia, id est realiter sacramentum ut in aqua baptismi, uel in oleo, uel posset etiam poni in vis per assistentiam uel inherentiam. Et cum dicitur in illo argumento et in sequenti, scilicet in quarto, quod non sunt multiplicanda miracula sine necessitate, dico quod huiusmodi non ponuntur ibi fieri sine necessitate et rationabili causa, quia ponuntur ad saluandum dicta sanctorum. Quae alia non possunt - ut uidetur - rationabiliter saluari, quia in

---

<sup>137</sup> Vase ms.

<sup>138</sup> Vase ms.

<sup>139</sup> Oppositum ms.

hijs quae pertinent ad materiam fidei magis oportet sequi auctoritate<sup>140</sup> sacre Scripturae et dicta sanctorum quam rationes et argumenta que sepe fallunt. Sancti autem expresse dicunt sacramenta Noue Legis habere virtutem et causare gratiam quam significat quod sancti non dixissent

f. 12 rb

nec tam diligenter prosecuti fuissent, nec ipsa sacramenta aliquam realem virtutem et causalitatem crediderint habere. Ad 5<sup>tum</sup> posset dici quos talis virtus et causalitas ponitur in sacramentis solum respectu gratiae et illa non causatur in transubstantiatione ex vi sacramenti, sed in sacramenti usu et sumptionem. Et ergo non oportet - ut videtur - ut uirtutem huiusmodi ponetur in verbis consecrationis, sed posset poni in speciebus sacramentalibus cum sumitur sacramentum. Ad aliud dicit Sanctus Thomas quod - sicut ex praecedentibus ibidem patet - Benedictus non intendit respondere similitudinem sacramentorum ad illa nec quantum ad significationem, quia annulus est signum et etiam baculus et similiter sacramenta, sed sacramenta ultra hoc sunt causa. Ad vltimum patet ex corpore questionis quomodo sacramenta sunt causa instrumentalis dispositiua respectu gratiae, et hoc sit dictum de illa prima opinione et sint illa tantum recitative dicta. Alia est opinio Scoti et multorum secum in hoc concordantium qui dicunt primo quod non sit aliqua virtus supernaturalis in sacramentis quam Deus eis infundat in usu et applicatione eorum. Probant hoc argumentis : a principio arguitis ante oppositum questionis et maxime ex hoc, quod videtur eis superfluum talem virtutem ponere eo, quod omnia possunt saluari sine tali virtute et non oportet sic multiplicare maculam<sup>141</sup>

f. 12 va

sine necessitate. Secundo dicitur quod, si character est quedam qualitas positiua in anima, tunc talem characterem<sup>142</sup> non producit sacramentum nec forte posset producere etiam mediante tali virtute quam alij ponunt, quia character est quedam forma supernaturalis que non potest esse cernendus actionis<sup>143</sup> naturalis, sed tantummodo creacionis sicut anima humana et gratia et sicut virtus, quam alij<sup>144</sup> ponunt a Deo immediate. Igitur item non oportet ponere virtutem qualem alij<sup>145</sup> ponunt in sacramento ad producendum characterem. Sicut enim ipsi dicunt quod Deus solus producit illam virtutem sacramenti et ei infundit, ita dicatur quod solus Deus producit

---

<sup>140</sup> Auctoritate ms.

<sup>141</sup> Imaculam ms.

<sup>142</sup> Caractarem ms.

<sup>143</sup> Actionis *emend.* ms.

<sup>144</sup> Sic!

<sup>145</sup> Sic!

caracterem et infundit animae, et sic nulla erit causa ponendi uirtutem huiusmodi ad caracterem producendi, nec aliquem alium effectum. Tertio dicunt quod sacramenta non sunt cause gratiae illo modo, quod efficiant et producant siue principaliter, siue instrumentaliter in animam aliquam dispositionem super naturalem, qua posita Deus semper producat gratiam. Patet ex dictis cum naturalem talem dispositionem producant nec forte producere possint, sed dicuntur gratiae causae instrumentales solum isto modo et propter hoc, quia habent actionem aliquam naturalem exterius circa corpus aut circa sensum hominis qua facta rite, secundum Christi institutionem et Ecclesiae ordinationem. Et non existente impedimento insuscipienti, Deus semper causans

f. 12 vb

gratiam ex sua ordinatione et pactione firma. Sic enim Deus ordinat et pepegit cum Ecclesia sua et firmiter statuit quod quicumque viator rite et digne suscipit sacramentum aliquod Noue Legis, quod ille simul cum illo accipit gratiam a solo Deo immediate: exin gratia in baptismo. Ibi enim aqua quae est baptismi materia ex sui natura habet illam operationem circa hominis corpus quod habet illud abluere, et illa ablucio exterius circa corpus hominis facta cum debita forma uerborum, cum debita intentione et ceteris requisitis est causa qua posita Deus solus ex sua firma pactione. Interius causat<sup>146</sup> gratiam et abluit animam a peccatis, sacramento non producendo<sup>147</sup> in anima quamcumque praeuiam dispositionem. Et ideo sacramentum potest ratione illius dici causa gratiae instrumentalis uel 2<sup>m</sup> alios ministerialis, quia est quasi ministerium vnum quo posito Deus ponit gratiam. Pro huius declaracione possunt poni aliqua exempla satis familiaria : primum est quod 2<sup>m</sup> aliam opinionem character uel aliter quidam animae ornatus est dispositio qua posita Deus ex ordinatione sua et pacto cum Ecclesia semper producit gratiam in eadem anima si non posuerit obicem peccati. Ita in proposito dicendum - secundum praesentem opinionem - quod ablucio aquae, uel linicio olei, etcetera cum uerbis debitis est immediate dispositio qua posita Deus semper causat gratiam et hoc ex ordinatione

f. 13 ra

et firma cum Ecclesia pactione. 2<sup>m</sup> exitum : multum dicitur aliquo modo causa praemy<sup>148</sup> eo, quod praemium acquiritur per meritum et tamen meritum nullam dispositionem aliam a se causat in anima respectu praemy<sup>149</sup> accipiendi. Sed Deus ex sua firma promissione statuit et ex

---

<sup>146</sup> Causant ms.

<sup>147</sup> Producento ms.

<sup>148</sup> Sic!

<sup>149</sup> Sic!

sua invariabili et infallibili<sup>150</sup> veritate semper implet et seruat quod existente merito ipse vult dare praemium correspondens. Sic in proposito sacramentum dicitur ‘causa gratiae’ aliquo modo, et tamen nullam dispositionem praeuiam producit in anima, sed Deus posita rite applicatione sacramenti producit gratiam ex pacto suo inuolabili cum Ecclesia sua inito. 3<sup>m</sup> exitum sit quod princeps aliquis pro signo pacis instituat tactum manus ut solitum fuit apud<sup>151</sup> veteres de porrectione dextere, et determinet se adhuc, et firmiter paciscatur quod semper cooperetur illi signo ad effectum pacis signatum, nisi impediatur indispositio alterius. Tunc posito tactu manus ponitur pax et non ex hoc, quod tactus ille agat in animam aliquam dispositionem specialem pacis effectiuam, sed solum ex pacto firmo inter illos habito. Sic in proposito, quia Deus applicationem ritam sacramentorum Noue Legis instituit pro signo gratiae conferende et se ad hoc determinat<sup>152</sup> quod semper cooperari vult illo signo ad effectum per ipsum signatum, ut impediatur indispositio persone

f. 13 rb

suscipientis sacramentum. Et ideo, quando rite applicatur sacramentum viatori disposito, tunc semper causat in eum gratiam non sic, quod sacramentum producat aliquod in animam, etcetera, sed Deus solus immediate hoc facit ex suo pacto firmissimo et inuolabili, quod cum Ecclesia sua pepigit et semper seruabit. 4<sup>m</sup> exitum: si princeps institueret<sup>153</sup> aliquod signum ut denarium plumbeum cum certo caractere aut alio tali et ordinaret quod quicumque accipit vnum de istis signis, ille habeat centum libras, tunc ille denarius (non *add.* ms.) dat tali centum libras, sed solus princeps dat, et denarius est tantum signum dationis futurae. Sic in proposito Deus instituit sacramenta Noue Legis et ordinat quod quicumque vnum ex illis rite et digne accipit, ille accipiat etiam gratiam. Et illud sacramentum non dat gratiam ipsi suscipienti, sed est solum signum gratiae conferende et Deus solus immediate<sup>154</sup> dat effectiue. 5<sup>m</sup> exitum: ex diuina iussione per Elizeum<sup>155</sup> prophetam locionem corporis exteriorem in aqua Iordanis consecuta est, in Aamon syro mundacio lepre corporalis, ut patet 4<sup>to</sup>156. Responditur 5<sup>o</sup>: et non est secuta uirtute aliqua<sup>157</sup> ad aquas Iordanis, cum nullam talem tunc habuerit quia fuit in Veteri Lege, sed

---

<sup>150</sup> Infallibili ms.

<sup>151</sup> Aput ms.

<sup>152</sup> Determnant ms.

<sup>153</sup> Insititueret *emend.* ms.

<sup>154</sup> Inmediate ms.

<sup>155</sup> Sic!

<sup>156</sup> 4<sup>ti</sup> ms.

<sup>157</sup> Alique ms.

facta est immediate<sup>158</sup> a sola diuina virtute. Sic in proposito applicationem ritam aque baptismalis sequitur mundacio animae a lepra spirituali per gratiae infusionem; non ex virtute

f. 13 va

aliqua speciali que sit in sacramento, sed sola ex diuina virtute ipsi sacramento praedicto modo assistente. Hec opinio habet respondere ad argumenta ad oppositum questionis facta. Ad primum ergo dicitur 2<sup>m</sup> eam quod Augustinus non vult<sup>159</sup>, quod aquae baptismi aut materiae alterius sacramenti insit vna virtus specialis et supernaturalis secundum modum quem ponit prima opinio, sed vult<sup>160</sup> solum quod ex Dei ordinatione est, quod quando aqua<sup>161</sup> baptismi applicatur homini rite 2<sup>m</sup> Christi institutionem, tunc Deus sic assistit sacramento quod ipse interius sua virtute gratiam infundit et illa mediante corpus abluit et mundat a peccato. Virtus enim illa de qua Augustinus loquitur est virtus diuina que ex suo pacto sic aque baptismi assistit, quod cum ipsa aqua corpus tangit exterius, Deus interius mundat animam effectiue producendo gratiam, quamuis aqua causat eam ministerialiter suo modo. Respondetur ad 2<sup>m</sup>, ut illa virtus uel vis aque dicatur efficax Dei ordinacio concomitanciam in sacramenti rita applicatione et non dicatur illa vis regeneratiua aqua, qualitas et virtus productiua characteris tamquam dispositionis et necessitatis ad gratiae productionem. Ad 3<sup>m</sup> dicitur quod sacramenta Noue Legis sunt vere et vtilis ac efficaces medicinae animae, non quidem sanitatem, scilicet gratiam efficiendo aut aliquam dispositionem ad eam praeuiam in anima producendo, sed tantum ut causae ministeriales, ad productionem concurren-

f. 13 vb

-do modo qui praedictus est. Ad vltima duo dicitur quod sacramenta continent gratiam non proprie - sicut vas continet liquorem - sed similitudinarie - sicut signum suum signatum - et sic causa ministerialis suum effectuum. Et hoc volunt sancti et non aliud, ut dicit illa opinio. Ex istis patet etiam differentia inter sacramenta Noue Legis et Veteris Legis 2<sup>m</sup> illam opinionem, quia sacramenta Noue Legis dicuntur causare gratiam quam significat<sup>162</sup> propter hoc, quod talis pactio a Deo certa illa sacramenta est et ordinacio, quod in eorum rita applicatione semper velit causare gratiam indigne suscipienti. Talis autem pactio non erat facta in sacramentis Veteris Legis ut accedentes ad ipsam semper gratiam acciperent, et ideo dicuntur gratiam non conferre,

---

<sup>158</sup> Immediate ms.

<sup>159</sup> Vvt ms.

<sup>160</sup> Vvt ms.

<sup>161</sup> Aliqua ms.

<sup>162</sup> Signat ms.

sed tantum promittebant pro futuro dandam per Christum verum, quod ista<sup>163</sup> de prima opinione fundat se principaliter in auctoritatibus<sup>164</sup> et modo loquendi doctorum sanctorum qui valde aperte attribuunt sacramentis Noue Legis virtutem et causalitatem respectu effectuum sacramentalium. Pactio autem illa sola et ordinatio Dei de effectu per ipsum dando non tribuit ipsis sacramentis aliquod de ratione causae, sed solum de ratione signi, quia haberent se solum ut denarius plumbeus nichil dans, sed solum qui est signum indicans quis debeat accipere. Item sacramenta Noue Legis que differunt a sacramentis Veteris Legis 2<sup>m</sup> istam ordinationem solum - ut dicit secunda opinio - non differrent

f. 14 ra

ab eis secundum rationem causae, sed solum secundum modum signandi in quantum illa significant gratiam ut statim dandam. Illa vero non ut statim, et ergo uidetur quod ista secunda opinio non satisfaciat intencioni sanctorum quorum dictis in tali materia plus standum est quam rationibus et argumentis. Ex ambarum opinionum dictis sequitur quod sacramenta Noue Legis ex se et quantum est ex parte eorum sunt semper efficacia. Patet quia quodlibet sacramentum Noue Legis aut eius vsum quantum est ex parte sui concomitatur<sup>165</sup> semper effectus principalis ad quem significandum et causandum institutum est, igitur ex se semper est efficax. Patet<sup>166</sup> quia hoc est, sacramentum esse efficax, scilicet ipsum et eius vsum semper concomitari effectum quantum est ex parte sui. Et cum non fuerit impedimentum aliunde, antecedens probatur quia secundum ambas opiniones effectus principales ad quem significandum et causandum sacramenta instituta sunt et eorum vsus institutus est ex gratia gratum faciens et quandocumque fit sacramentorum ritus, vsus uel applicacio. Tunc Deus causat eandem gratiam indigne suscipienti, et hoc ex pacto primo et instrumentali cum Ecclesia inito. Et dixi nominaliter ex se et quantum est ex parte sacramentorum quia si aliquando non sequitur effectus, hoc est propter indispositionem suscipientis quia ponit obicem gratiae per peccatum, et hoc non minuit efficaciam sacramenti sicut sol semper illuminat

f. 14 rb

quantum est ex parte sui, et ideo efficax est ad semper illuminandum, non tamen semper illuminat propter obstaculum aut propter impedimentum rei illuminande ut propter nubem

---

<sup>163</sup> Isti ms.

<sup>164</sup> Auctoritatibus ms.

<sup>165</sup> Concomittatur ms.

<sup>166</sup> Teta ms.

interpositam aut propter clausionem fenestre<sup>167</sup>, sed manet dubium unde et a quo sacramenta habeant huiusmodi efficaciam. Respondent doctores concorditer, et dicunt quod habent eam a Deo tamquam a causa principali et efficiente. Patet quia quod sacramenta concomitantur<sup>168</sup> semper eorum proprius effectus, hoc est eorum efficacia, ut dictum est, et hoc habent a Deo ut a causa principali quia solo statuit, ordinat et inuolabiliter servare vult semper quod ad omnem ordinatum sacramentorum vsum concomittetur effectus proprius eorum et solus tamquam principalis eosdem effectus immediate producit causaliter effectiue, ut sepe dictum est. Secundo dicunt concorditer quod a Christo et Eius passione habent sacramenta efficaciam suam ut acta meritoria, quia Christus Dominus sua passione hoc nobis meruit, quod Deus talem efficaciam sacramentis Noue Legis dedit. Quia non meruit quod Deus talem pactum cum Ecclesia sua fecit, quod in omni ordinato vsu sacramentorum vult continere ad effectum eorum producendum, et sic inuolabiliter seruat et semper seruabit. Ex quibus patet quod Christus Dominus ratione duplicis naturae, siue scilicet diuine et humane, est dux, causa, efficacie sacramentorum, quia secundum quod Deus est cum Patre et Spiritu sancto causa influens, gratiam causans et

f. 14 vb

infundens, sed 2<sup>m</sup> quod homo est causa meritoria, quia per passionem suam quam 2<sup>m</sup> quod homo sustinuit meruit nobis, quod diuina uirtus sic efficaciter assistit sacramentis. Contra illa arguitur primo sic : passio Christi non est, ergo non est causa alicuius effectus et percommunis non est causa sacramentorum. Antecedens patet quia dictum est : praeterita est. Secundo si sacramenta habent efficaciam a passione Christi, hoc maxime esse a vvulnere lateris eius, sed ab illo nullum sacramentum accepit efficaciam, igitur nec ab alia eius passione maior patet, quia super illo *Ad Romanos* 5°. In similitudinem praeuaricationis Ade dicit *Glossa* : sicut ex latere Ade dormientis sumpta est costa - unde formata est Eua - sic ex latere Christi dormientis in cruce fluxerunt sacramenta, scilicet aquae ablutionis et sangwis<sup>169</sup> redemptionis. Et vigesima<sup>170</sup> 2<sup>a</sup> *De ciuitate Dei* dicit Augustinus in exordio generis humani de latere viri dormientis : detracta costa edificata est femina, Christum et Ecclesiam iam cum sacramento prophetari oportebat. Sopor ille, quippe viri dormientis, mors erat Christi cuius examinis incerte pendentis lancea latus perforatum est, ad quem inde sangwis<sup>171</sup> et aqua simul profluxit, que sacramenta esse nouimus

---

<sup>167</sup> Venestre ms.

<sup>168</sup> Concomittatur ms.

<sup>169</sup> Sic!

<sup>170</sup> Vicissima ms.

<sup>171</sup> Sic!

quibus Christi edificatur Ecclesia, minor scilicet, quod non suppresserint<sup>172</sup> efficaciam ab illo vulnere

f. 14 vb

lateris Christi. Patet quia, cum vulnus illud fuit Christi lateri inflictum, tunc iam Christus mortuus fuit et anima a corpore separata, ut patet Iohannis 19°. Igitur tali vulnere nichil tunc meruit. 3° - Aliqua sacramenta Noue Legis fuerunt a Christo instituta ante eius passionem, et illa suam efficaciam non habebant a Christi passione. Antecedens patet de sacramento baptismi, de quo Dominus dixit Iohannis<sup>173</sup> 3° : NEC QUIS RENATUS FUIT EX AQUA ET SPIRITU SANCTO NON POTESIT INTROIRE IN REGNUM DEI. Et de Eucaristia<sup>174</sup> patet Luce 22° et Mathei 26°<sup>175</sup>, vbi habetur quod Christus eam instituit ante passionem, quia in vltima cena. Ad primum argumentum dicitur secundum Scotum quod, licet passio Christo non sit in actu, est tamen in cognitione et acceptatione diuina et hoc sufficit ut sit causa meritoria propter quam tunc facta. Deus sic ut est dictum assistit sacramentis : sic enim est in nobis quod multa conferimus alyis<sup>176</sup> propter seruicia aut merita quae non sunt in actu potencia. Sic in proposito ad secundum dicitur quod, quia illud vulnus<sup>177</sup> inflictum fuit lateri Christi, eo iam mortuo, et ideo sacramenta non fluxerunt de vulnere<sup>178</sup> illo, nec sumpserunt ab eo efficaciam suam tamquam a causa meritoria. Sed cum sancti dicant ea inde fluxisse, volunt solum per hoc in misericordiae quandam similitudinem expressam<sup>179</sup>, quam habent ea que de Christi latere fluxerunt cum ut istis sensibilibus que sunt in quibusdam

f. 15 ra

sacramentis. Sangwis<sup>180</sup> enim qui fluxit de latere Christi expressiorem<sup>181</sup> habet similitudinem cum specibus sub quibus est sangwis<sup>182</sup> in Eucaristiae<sup>183</sup> sacramento et aqua que inde fluxit specialius assignatur materia baptismi, que duo sunt sacramenta principaliora. Et ad hoc innuendum dicitur extra de celebratione missarum ut in istis duobus, scilicet aqua et

---

<sup>172</sup> Supraeserint ms.

<sup>173</sup> Iohannis ms.

<sup>174</sup> Sic!

<sup>175</sup> 20 ms.

<sup>176</sup> Sic!

<sup>177</sup> Sic!

<sup>178</sup> Sic!

<sup>179</sup> Expressam ms.

<sup>180</sup> Sic!

<sup>181</sup> Expressiorem ms.

<sup>182</sup> Sic!

<sup>183</sup> Sic!

sangwine<sup>184</sup>, duo maxima sacramenta regenerationis et redemptionis relucet. Ad 3<sup>um</sup> dicitur secundum Scotum quod omnia sacramenta Noue Legis que Christus ante suam passionem instituit habuerunt tunc efficaciam ab eius passione ut exhibita, non quidem in actu exteriori, sed interiori actu. Christus enim a primo instanti conceptionis sue habuit meritum passionis, quia in primo instanti conceptionis et deinceps semper habuit etiam secundum humanam voluntatem perfectam et consumatam volicionem liberam offerendi se in passionem et mortem pro salute hominum. Et in isto interiori actu consistit principaliter meritum : Deus enim principaliter intuetur cor. Quodquod ergo Christus in tempore vite sue et conuersacionis in terra instituit, hoc potuit etiam tunc habere efficaciam a passione sua non quidem completa opere exteriori, sed ab eo secundum humanam voluntatem perfecte volita, que volicio et interior promptissima oblacio ex ardentissima caritate fuit diuinitati acceptissima

f. 15 rb

et gratissima et propter hoc meritoria causa efficacia sacramentorum a Christo institutorum. Videtur tamen aliquibus quod huiusmodi sacramenta Noue Legis a Christo ante eius passionem instituta habuerunt. Tunc scilicet eo hic morante et ante passionem minorem efficaciam quam post exhibitam passionem habuerunt, et nunc habeant passio volita interiori actu et cum hoc exhibita actu exteriori; et in re maiorem eis tribuit efficaciam quam solum volita actu interiori. Ita vult Scotus et idem Petrus de Tharantasia<sup>185</sup> in praesenti questione et in solutione rationis vnus. Et consonat illi quod doctores communiter dicunt, scilicet quod omne bonum gratiae et gloriae quod vmquam post culpam Ade hominibus collatum est aut confertur totum est collatum et confertur ratione passionis Christi, et ex merito illius quidquod enim gratiae collatum fuit iustis ante Christi aduentum, illud conferebatur eis a Deo ratione passionis Christi futurae et adhuc nullo modo exhibite, nec in voluntate humana Christi nec in actu exteriori, sed ab hominibus credite et a Deo praeuise. Et quidquod gratiae est collatum hominibus post Christi aduentum et ante eius passionem, hoc fuit eis collatum ratione passionis Christi a Deo praeuise, et iam a Christo exhibite quo ad voluntatem, licet non quo ad factum quidquid autem nunc boni confertur hominibus illud confertur

f. 15 va

eis ratione passionis Christi nunc exhibite et voluntate et facto et a nobis ut sit credite. Et dicunt communiter doctores quod Christi passio nunc exhibita est efficacior quam cum fuit exhibenda,

---

<sup>184</sup> Sagwine ms.

<sup>185</sup> Sic!

vnde pro eodem actu bono Deus minorem gratiam dedit ante aduentum Christi - cum eius passio nullo modo fuit exhibita - quam post eius aduentum, cum fuit exhibita sola voluntate Christi. Et nunc dat plus de gratia pro illo eodem bono opere quando passio est exhibita et voluntate Christi et actu exteriori, et proportionabiliter intelligi de sacramentis, ut fuit dictum. Sunt adhuc pauca dubia et braeuia circa textum. Primum vtrum omne sacramentum sit signum, quod sic patet per Magistrum in littera qui proprie principium textus diffiniendo ‘sacramentum’ dicit, quod omne sacramentum est signum et non econuerso, et ideo in diffinitione sacramenti ponit hic<sup>186</sup> signum pro genere. In oppositum arguitur quia triplex est signum scilicet demonstratum, quod est respectu praesentis praenoscitum, quod est respectu futuri et rememoraturum, quod est de praeterito. Sed nullum illorum conuenit sacramento, quia contingit aliquando quod recipiens sacramentum non habet gratiam de praesenti, nec habuit in praeterito, nec habebit in futuro et ergo sacramentum nullo modo est gratiae signum. Item Augustinus in *De doctrina Christiana* et similiter Magister in littera diuidunt signa in naturalia et in data,

f. 15 vb

id est constituta, sed sacramenta non sunt naturalia nec data igitur, etcetera. Minor probatur quia non sunt eadem apud homines, igitur non sunt naturalia nec sunt mutabilia, igitur non sunt instituta *sew*<sup>187</sup> data siue uoluntaria. Est notandum secundum sanctum Thomam quod signum importat nobis aliquod notum per quod manuducimur in cognitionem alterius nobis occulti, et quia res sensibiles *sew*<sup>188</sup> sensu perceptibiles sunt nobis primo note, *ymo*<sup>189</sup> omnis nostra cognitio incipit a sensibilibus<sup>190</sup>, ut dicit Aristoteles primo Phisicorum. Et ideo proprie dicitur signo res sensibilis nata nos manuducere in cognitionem alicuius nobis occulti, et hoc vult Magister cum proprie principium illius prime distinctionis dicit ‘signum’ et<sup>191</sup> ‘res’ praeter speciem quam ingerit sensibus aliud aliquod ex se faciens in cognitionem uenire, id est signum proprie acceptum est res que sensu percipi potest, et que ex sui natura uel institutione uoluntaria nata est hominem ducere in cognitionem alicuius occulti. Et dico ‘ex sui natura’ propter signa naturalia ut fumus qui ex sui natura habet, quod ostendit et manifestat ignem etiam occultum. Et dicitur ‘uel ex institutione’ propter signa instituta, ut sunt sacramenta que a Deo instituta

---

<sup>186</sup> Ly ms.

<sup>187</sup> Sic!

<sup>188</sup> Sic!

<sup>189</sup> Sic!

<sup>190</sup> Ssensibilibus ms.

<sup>191</sup> Et emend. ms.

sunt ad significandum gratiam et alia spiritualia de se occulta. Respondetur ergo ad dubium quod isto modo, accipiendo signum, omne sacramentum est signum, quia quodlibet est res

f. 16 ra

sensibilis, ut aqua baptismi, aut oleum in crismate, uel species albedenis in Eucaristia<sup>192</sup> et ceteris<sup>193</sup> et quodlibet ex diuina institutione natum est nos manuducere in cognitionem alicuius effectus spiritualis et occulti, ut patebit amplius cum de quolibet agatur in particulari. Ad primum argumentum in oppositum respondetur quod sacramenta Noue Legis tria significant, scilicet causam primam sanctificantem - sicut baptismus significat mortem Christi que est prima causa meritoria sanctificationis nostrae, et quantum ad hoc sunt signa rememoratia eo, quod signa cum est praeteritum in cuius memoriam nos ducit. Secundo significant effectum sanctificationis quae etiam faciunt et causant - quae significatio est eis principalis - et sic sunt signa demonstratia que significant gratiam conferri principaliter illi suscipienti. Nec obstat si aliquis per sacramentum sanctitatem non recepit quia hoc non est ex defectu sacramenti sed ex indisposicione suscipientis : sacramentum enim conferret quantum esset in se. 3<sup>o</sup> significant finem sanctificationis, scilicet vitam eternam et quantum ad hoc sunt signa praenoscita<sup>194</sup>, sacramenta vero Veteris Legis erant tradita 'signa praenoscita'<sup>195</sup> quia significabant solum futura, ut est superius dictum. Ad secundum dicitur quod sunt signa instituta quia, licet aptitudinem significandi habeant, a natura tamen actuaalem et ordinationem ad significandum

f. 16 rb

habent ab institutione diuina, et ergo sunt signa instituta et voluntaria. Sed quia imposita sunt a voluntate diuina omnino inuariabili, et ex hoc sunt inmutabilia signa. Secundum dubium circa hoc quod dicit Magister obseruancie cerimoniales Veteris Legis : queritur enim quod intelligat per cerimonias. Respondetur quod cerimonie dicuntur ritus et obseruancie exteriores maxime circa cultum diuinum qui secundum se non habent causam manifestam quare illa et sic fiant potius quam alia. Vel aliter quamuis possint habere causam ex sua institutione, ut dicit sanctus Thomas ut in Veteri Lege dicebantur cerimonie, circumcisio, vnctio regum, esum agni pascalis, 2<sup>m</sup> certum modum et obseruantiam, iuge sacrificium, abstinencia a carnibus suillis et a multis alijs<sup>196</sup> cibis et innumeralia erant in Veteri Lege, maxime circa diuinum cultum que non

---

<sup>192</sup> Sic!

<sup>193</sup> Sic!

<sup>194</sup> Praenoscita ms.

<sup>195</sup> Praenostica ms.

<sup>196</sup> Sic!

habebant causam ex se nec ex sua natura, quare ipsorum vsus esset in diuino cultu, et tali modo potius quam vsus aliorum et alio modo quamuis habuerint causam ex Legis institutione. Verum, quod aliqui capiunt ceremonialia strictius, distinguentes<sup>197</sup> sacramentalia Veteris Legis a ceremonialys<sup>198</sup> eiusdem. Suo modo ceremonie dicuntur apud nos nunc thurificatio, celebratio misse cum talibus apparatibus cum tali, tantu et insuper genuflexiones,

f. 16 va

inclinaciones et innumera huiusmodi que sunt circa diuinum cultum et in obseruancys<sup>199</sup> religionum. Dicuntur autem ceremonie quasi munia ceteris que apud gentiles collebatur pro Dea frugum, quia ei primo sunt sacrificia instituta et huiusmodi, et exinde translatus est nomen ad omnem obseruantiam circa diuinum cultum. Vel, secundum Valerium Maximum dicuntur ceremonie a Caere oppido<sup>200</sup> in quo Romani primo ritus suos instituerunt. 3<sup>o</sup> queritur de hoc quod Magister dicit : homo enim qui ante peccatum sine medio Deum videbat, etcetera. Est circa hoc notandum quod - ut dicit Magister in 2<sup>o</sup> distinctione 23<sup>a</sup> - homo in statu innocentie habuit distinctionem boni et mali et habuit scientia rerum creaturarum et cognitionem veritatis. Et subdit quod homo tunc fuit praeditus triplici cognitione, scilicet Creatoris et sui ipsius et rerum propter se factarum. Et dicit quod ad talem cognitionem homo tunc, scilicet ante lapsum, non studio et disciplina aliqua per interuallum temporis profecitur, sed ab exordio sue conditionis diuinitus illam perceperit. Et item dicit quod primus homo cognitionem Creatoris accepisse creditur : cognouit enim a quo creatus fuit non eodem modo cognoscendi quo a credentibus absens creditur, sed quadam interiori aspiratione qua Dei potentia<sup>201</sup> contemplabatur, non tamen ita excellenter sicut post hanc vitam sancti, sicut visuri. Ita, si homo perstitisset in statu innocentie

f. 16 vb

ipse Dei et rerum spiritualium notitiam non accepisset ex sensibilibus et per discursum et alium laborem, sicut modo facimus, sed recepisset talium cognitionem immediate a Deo per infusionem, et multo clarius quam talia hic cognoscere valeamus. Et hoc voluit Magister in praedictis verbis cum dixit: Sine medio Deum videbat, id est secundum s<anctum> T<homam> diuinorum cognitionem non ex sensibilibus signis accipiebat, sed per infusionem. Vltimo

---

<sup>197</sup> Sic!

<sup>198</sup> Sic!

<sup>199</sup> Sic!

<sup>200</sup> Opido ms.

<sup>201</sup> Potentiam ms.

dubitatur circa hoc quod Magister dicit : proprie finem istius prime partis distinctionis duo sunt in quibus sacramentum consistit, scilicet verba et res. Verba ut invocatio Trinitatis, res ut aqua, oleum, et cetera huiusmodi. Videtur quod hoc non sit verum : sacramentum enim est aliquod vnum, sed ex duobus que non sunt coniuncta non potest aliquod vnum fieri nec vnum potest esse forma alterius. Cum ergo verba et res sint omnino separata, videtur quod ex eis non possit constare sacramentum. Secundo : in Veteri Lege erant sacramenta et ista non habebant aliqua verba determinata et eis appropriata, igitur non omne sacramentum constat ex verbis et rebus, et videtur quod nec pari ratione sacramenta Noue Legis debeant constare ex verbis et rebus. Respondet S<sup>anctus</sup> Thomas quod commune est omnibus sacramentis quod consistant in rebus sensibilibus invisibilem effectum gratuitum significantibus, sed sacramentis Noue Legis est hoc speciale quod rebus illis sen-

f. 17 ra

-sibilibus adduntur uerba sacramenti. Ergo in Veteri Lege consistunt in solis rebus sensibilibus, sed sacramenta Noue Legis constituunt in uerbis et rebus primo propter hoc, quia hec sacramenta Noue Legis non solum significant opus redemptionis que per Christum facta est - sicut alia significabant - sed etiam ab ipsa Christi passione fluxerunt et efficaciam suam receperunt. Et ideo habent similitudinem causae sue quantum possunt, scilicet Christi redemptoris, et ideo ex rebus et verbis constituunt sicut Christus Dominus ex Verbo et carne, id est ex deitate et humanitate, ex quo ergo sacramenta ex quadam similitudine repraesentant Christum et ea que circa ipsum facta sunt. Et cum in Christo fuerit et sit verbum rei sensibili, scilicet humanitati coniunctum, oportet quod etiam sic in sacramentis Noue Legis sit Verbum coniunctum elemento sensibili. Secundo propter hoc : Noue Legis sacramenta consistunt in verbis et rebus quia non solum sunt signa futurorum, sicut sacramenta Veteris Legis, sed etiam praesentium et praeteritorum, ut praeuius dictum que possunt expressius<sup>202</sup> significare quam futura et possunt etiam certius cognosci. Et ideo in sacramentis Noue Legis significatio uerborum, que est expressissima<sup>203</sup>, adiungitur significationi rerum : verba enim inter signa optinent principatum, ut dicit Augustinus in *De*

f. 17 rb

---

<sup>202</sup> Expressius ms.

<sup>203</sup> Expressissima ms.

*doctrina christiana*. 3° ex hoc, quia gratiam contineret ex sanctificatione, ut dicit Hugo, sed CREATURA SANCTIFICATUR PER VERBUM DEI - 2<sup>a</sup><sup>204</sup> ad Thymoteum<sup>205</sup> - . 3° igitur oportuit quod in sacramentis esset non solum res, sed etiam verba. Ad primum argumentum dicitur quod, quomodo quodlibet sacramentum sit vnum per se uel per aggregationem<sup>206</sup>, dicitur posterius cum de ipsis agatur in speciali. Nunc sufficit quod si ex rebus et verbis sacramentalibus non fit vnum per se, potest tamen ex eis fieri vnum aggregatiue, sicut ex multis hominibus fit vnus exercitus ex multis lignis numero, uel eis specie distinctis fit vnum pondus. Ita in proposito intelligatur. Ad 2<sup>m</sup> patet ex dictis quod non est similitudinis ratio de sacramentis Noue Legis et Veteris Legis, etcetera. Ceterae particule textus patent ex hys<sup>207</sup> que dicta sunt in questionibus, etcetera. Fit tamen inter illa, etcetera, 2<sup>a</sup> pars principalis istius distinctionis prime, in qua Magister postquam determinauit in generali de sacramentis Noue Legis et Veteris legis. Nunc determinat modo in speciali de vno sacramento Veteris Legis, scilicet de circumcissione que fuit inter cetera principalius et fuit sacramentis Noue Legis similis. Et circa haec quaeritur (in mg. : primo) vtrum circumcisio fuerit in remedium originalis peccati tempore legis naturae congrue instituta ;

f. 17 va

et arguitur primo quod non fuerit congrue data et instituta tempore legis naturae, quia dicit Damascenus quod circumcisio est signum determinans Israhel a gentibus : quod<sup>208</sup> populus Israhel suscepit Legem Veterem scriptam, igitur non debuit dari ante tempus Legis. Item praeceptum de circumcissione non fuit praeceptum naturae, sed fuit praeceptum positum ; igitur non debuit dari tempore legis naturae, sed tempore Legis scripte. 3° arguitur et specialiter quod non est congrue datum in remedium originalis, quia sapientis est aliquod facere quanto breuius potest, sed per fidem et sacramenta legis naturae, ut oblaciones, sacrificia, etcetera purgabatur originale, sufficienter et faciliter. Igitur fuit superfluum, ymo<sup>209</sup> videtur nocuum fuisse instituere circumcissionem multo<sup>210</sup> difficiliorem. Quarto originale non est a paruulo contractum ex propria voluntate, igitur non debetur sibi pena sensibilis nec expiatio per satisfactionem, igitur etcetera ; sed circumcisio habet penam sensibilem, igitur non fuit congruum remedium contra originale peccatum. In oppositum est Magister in littera qui dicit quod primo data est

---

<sup>204</sup> 2<sup>i</sup> ms.

<sup>205</sup> Thymoteom ms.

<sup>206</sup> Agregationem ms.

<sup>207</sup> Sic!

<sup>208</sup> Qui ms.

<sup>209</sup> Sic!

<sup>210</sup> Mlto ms.

Abrahe et ille fuit tempore legis naturae et data est in remedium originalis et quia hoc totum factum est a Deo, qui non scit nisi congrue agere in actis. Notandum est primo quod circumcisio tempore Veteris Legis fuit in masculo amputatio pellicule quae

f. 17 vb

est in interiori parte membri generationis, et fuit sacramentum Veteris Legis : fuit enim res sensibilibus, quia perceptibilis tactu et visu et fuit a Deo instituta ad significandum aqua sacra, ut dicetur igitur, etcetera. Secundo notandum quod omnes paruuli qui communi modo nascuntur in ipsa sua natiuitate, etiam in vtero, hoc est in ipsa conceptione, cum anima corpori infunditur contrahunt regulariter peccatum originale, ut probet et docet Magister 2<sup>o</sup> distinctione 30<sup>a</sup>. Propter quod inde ecclesiasticis dogmatibus dicitur, firmissime tenetur : nullatenus dubites omnem hominem qui per concubitus viri et mulieris concipitur cum originali peccato nasci impietati subditum, montique subiectum et propter hoc natura nec nasci filium a qua nullus liberatur, nec per fidem mediatoris Dei et hominum<sup>211</sup>. Tertio notandum quod paruuli qui decedunt in illo originali solo ita quod non habuerunt adhuc actualia peccata dampnabuntur pro originali, quia carent et perpetuo carebunt gratia sine qua nemo saluatur, verum quando in solo originali decedunt, tunc solum habebunt penam dampni que est carencia visionis diuinae et carencia beatitudinis eterne : propter hoc enim, quod nullam experti sunt delectationem in peccatis actualibus, tamen nulla talia habuerint, nullam experirentur penam sensus. Ita docet Magister in 2<sup>o</sup> distinctione 32<sup>a</sup> et doctores ibidem communiter. Et quia puer antequam haberet vsum rationis

f. 18 ra

non potuit se ad gratiam praeparare per quam liberaretur ab originali et ideo, ne omnino sine remedio remaneret, oportuit instituere aliquod sacramentum quod in virtute passionis Christi et fidei eius huiusmodi peccatum originale tolleret, et questio quaeritur<sup>212</sup> de illo saltem quo ad certum tempus. Conclusio prima : circumcisio fuit a Deo instituta in remedium contra originale peccatum: patet per beatum Augustinum et per venerabilem Bedam, prout Magister allegat eos in textu. Secunda conclusio : congrue post legis naturae sacramenta fuit circumcisio in peccati originalis remedium instituta. Patet conclusio primo ex hoc, quod per successionem temporum creuit fides de persona reparatoris uenturi in mundum ; creuit quidem quo ad articulorum explicacionem igitur congruum fuit, quod sit etiam cresceret et multiplicaretur distinctio

---

<sup>211</sup> Homoni ms.

<sup>212</sup> Quitar ms.

signorum sacramentalium per circumcisionis institutionem. Antedecens patet quia ante tempus Abrahe fuit fides de reparatore uenturo, sed non fuit adhuc explicatum in Scriptura de quo nasciturus esset. Sed tempore Abrahe fuit hoc primo explicatum cum fuit sibi dictum - Genesis 22° et Ecclesiastici 18° - IN SEMINE TUO BENEDICENTUR OMNES TRIBUS TERRE. Secundo patet conclusio ex hoc, quod circumcisio multas habet vtilitates quas praecedentia sacramenta non habuerunt, propter hoc congruum fuit eam institui post sacramenta praecedentia. Prima enim eius vtilitas fuit quod ipsa erat tunc efficax remedium contra originale

f. 18 rb

peccatum et conferebat gratiam ratione operis operati, quod praecedentia sacramenta non fecerunt ut praeuius fuerat declaratum. Secunda vtilitas et praerogatiua circumcisionis supra sacramenta priora fuit, quod expressius<sup>213</sup> significabat et plures effectus gratuitos quam priora sacramenta, scilicet legis nature. Primo enim expresse<sup>214</sup> significabat oblacionem originalis quo ad 4<sup>or</sup>. Primo quantum ad membrum generationis per quam generationem originalem transfunditur, quia sicut in circumcisione aufertur<sup>215</sup> praepucium a membro generationis, sic per ipsam circumcisionem auferebatur<sup>216</sup> interius originale ab anima quod per generationem transfusum est – 2° quantum ad signaturam praepucy<sup>217</sup> circularem, per quam significatur circulus qui est in processu originalis perfectionis secundum quam persona, scilicet Ade, infecit et corrumpit naturam. Et natura corrupta infecit semper in posteris personam. Tertio quantum ad penam quae erat in circumcisione, quia originale contrahitur per delectationem ; fuit congruum ut eius delectio significaretur per contrariam penam. Quarto, quantum ad sangwinis<sup>218</sup> effusionem que fuit in circumcisione, per quam passio Christi significabatur, que fuit causa ablationis originalis et quantum ad istam causam et vtilitatem diffinitur circumcisio, quod est signaculum curationis a peccato originali. Secundo habuit circumcisio significationem institutam et moralem que erat signum castitatis seruande, et omnes mundicie non solum actum

f. 18 va

remouendo, sed inmundas cogitationes et desideria praua. Sicut pellicula que in circumcisione auferebatur<sup>219</sup> est quasi superfluum in carne, ita debemus circumcidere cor auferendo<sup>220</sup>

---

<sup>213</sup> Expraessius ms.

<sup>214</sup> Expraesse ms.

<sup>215</sup> Auffertur ms.

<sup>216</sup> Aufferebatur ms.

<sup>217</sup> Sic!

<sup>218</sup> Sic!

<sup>219</sup> Aufferebatur ms.

<sup>220</sup> Aufferendo ms.

huiusmodi cogitationes prauas, etcetera, non solum superfluas, sed et nociuas. 3<sup>o</sup> habuit significationem allegoricam in quantum significabat purgationem plenam per Christum futuram. Quarto habuit significationem quasi anagogicam<sup>221</sup> in quantum significabat depositionem mortalitatis et omnes defectus et corruptiones carnis et sanguinis<sup>222</sup> in resurrectione. 3<sup>a</sup> vtilitas circumcisionis fuit distinctio populi, tunc fideles ab infidelibus. Et quantum ad hanc vtilitatem diffinit Damascenus circumcisionem sic : est signum determinans Israhel a gentibus cum quibus conuersabatur determinans, id est distingwens<sup>223</sup>. 3<sup>a</sup> conclusio. Quamuis circumcisio fuerit instituta tempore legis nature principaliter, tamen pertinebat ad tempus legis scripte. Prima pars patet quia primo fuit data Abrahe, ut patuit Genesis 11<sup>o</sup> et ille fuit tempore legis naturae, quia ante Legem scriptam circa quadringentos annos. Et fuit congruum<sup>224</sup> ut suo tempore et sibi primo daretur, quia - ut dicit S<anctus> Thomas - circa tempora Abrahe humanum genus usque ad profundissimum peccatorum venerat, scilicet ad infidelitatem, ad ydolatriam et ad turpissimum vitium contra naturam, et tunc temporis conueniebat primo manifestam fieri

f. 18 vb

promissionem de semine nascituro, in quo omnes gentes benedicerentur et a peccatis mundarentur<sup>225</sup>, propter quod tunc illud fuit Abrahe promissum, ut patet Genesis 22<sup>o</sup> vbi Dominus dixit ad Abraham: BENEDICENTUR IN SEMINE TUO OMNES GENTES, id est in Christo ex tua progenie nascituro benedicentur omnes gentes. Tunc etiam oportebat in seruatione hominibus aliquod exitum fidei proponi contra infidelitatem et oportuit dare aliqua signa castitatis contra corruptissimam concupiscentiam que tunc valde regnabat. Et ideo Abrahe primo data fuit circumcisio in signum patentis, ut ei ex quo nasciturus fuerat Christus Dominus peccatorum destructor, et fuit sibi data in signum fidei et distinctionis fidelium illius temporis ab infidelibus, et fuit data in signum castitatis et mundicie. Et dicit Magister et **eis** Bonauentura, quod fuit data Abrahe propter hoc, ut ipse per obedientiam mandati placeret Deo cui per inobedienciam displicuit Adam. Et fuit data sibi in signum magne fidei sue, quia ipse primus fuit qui propter fidem et Dei cultum reliquit patriam suam et credidit promissionem Dei, scilicet quod habiturus esset Filium in quo benedicentur omnes gentes. Et fuit<sup>226</sup> etiam data sibi propter

---

<sup>221</sup> Anagoycam ms.

<sup>222</sup> Sic!

<sup>223</sup> Sic!

<sup>224</sup> Congruum ms.

<sup>225</sup> Mundaretur ms.

<sup>226</sup> Ffuit ms.

hoc, ut ille populus qui ab eo secundum carnem descensus fuerat, scilicet Israheliticus, per hoc signaculum distingweretur<sup>227</sup> in carne

f. 19 ra

et in fide ab alys<sup>228</sup>, quia in illo populo praepucie tollendus fuerat Deus et de illo nasciturus fuerat Christus. Secunda pars conclusionis probatur quia, licet fuerit data ante tempus legis scripte, tamen ipsa fuit praeparatio<sup>229</sup> quedam ad legem scriptam quia fuit propter hoc data, ut per eam populus fidelis vniretur et ab infidelibus distingweretur<sup>230</sup>, ut sit ab alys<sup>231</sup> distinctus et ad invicem unitus susciperet legem scriptam ipsam. Etiam circumcisio fuit per totum tempus legis scripte obseruata, et cum lege terminata igitur iterum plus pertinuit ad tempus legis scripte quam ad legem naturae. Ex hys<sup>232</sup> patet quod quaestio est vera. Ad argumenta ante opposita<sup>233</sup> ad primum dicitur quod ex quo populum Israhel qui suscepturus fuit Legem debuit circumcisio distingwere<sup>234</sup> a gentibus. Fuit congruum ut circumcisio per quam distingweretur<sup>235</sup> daretur eidem antequam daretur Lex, ut sic per eam advnaretur populus qui erat Legem suscepturus. Lex enim scripta non debuit dari diuinitus nec populo prius fidei, et ideo oportuit populum fidelem prius congregari et ab alys<sup>236</sup> distingwi<sup>237</sup> quam Lex diuinitus daretur. Non poterat autem populus fidelis sic advnari<sup>238</sup> et ab alys<sup>239</sup> sic distingwi<sup>240</sup> nec per aliquod signum et hoc fuit circumcisio igitur, etcetera. Ad secundum necessarie communia, quia circumcisio debuit praeparare fideles et advnare ad Legem suscipiendum, et ideo debuit ante Legem dari. Ad 3<sup>m</sup> dicitur quod licet sacramenta Legis necessarie fuerint facilliora, tamen circumcisio

f. 19 rb

fuit vttilior : habuit enim multas utilitates, de quibus dictum est quas non habuerunt sacramenta Legis nouae, et ideo post illam et longum eorum vsum institui debuit. Ad quartum dicitur quod pena illa non fuit ad satisfactionem, sed tantum ad emundationem. Diceret aliquis ex quo dictum

---

<sup>227</sup> Sic!

<sup>228</sup> Sic!

<sup>229</sup> Praepatio ms.

<sup>230</sup> Sic !

<sup>231</sup> Sic!

<sup>232</sup> Sic!

<sup>233</sup> Oppositum ms.

<sup>234</sup> Sic!

<sup>235</sup> Sic!

<sup>236</sup> Sic!

<sup>237</sup> Distigwi ms.

<sup>238</sup> Sic!

<sup>239</sup> Sic!

<sup>240</sup> Sic!

est in prima conclusione quod circumcisio sit data in remedium contra originale peccatum ita quod, sicut baptismus nunc mundat ab originali, ita tunc circumcisio mundabat circumcisum ab originali. Quare ergo Christus circumcidi voluit, ut legitur Luce 2<sup>o</sup> cum tamen circumcisione non indiguerit eo, quod originale nullo modo traxit sicut aly<sup>241</sup>, sed ex virgine contemptus fuit et natus? Item inter praecepta Veteris Legis praeceptum de obseruatione sabbati<sup>242</sup> fuit propinquius praeceptus moralibus quam praeceptum de circumcisione, inter que etiam enumeratur quia ponitur inter praecepta Decalogi. Et tamen Christus illud non semper seruauit secundum morem Iudeorum, vnde Iudei dicebant de eo Iohannis 9<sup>o</sup>: NON EST HIC HOMO A DEO, QUI SABBATUM<sup>243</sup> NON CUSTODIT. Igitur nec debuit seruare praeceptum de circumcisione. Responditur quod Christus Dominus noster non indiguit circumcisione nec ad eam suscipiendum fuerat obligatus. Patet quia ipsa fuit remedium contra peccatum originale, Dominus autem non contraxit originale quia in gratia conceptus fuit, et sic in primo instanti creacionis animae sue humane

f. 19 va

ipsa tam plena fuit gratia, quod eis gracia scilicet augeri non potuit, nec ipsa anima melior fieri, ut docet Magister in tertio distinctione 18<sup>a</sup>. Sed cum gratia nullum potest stare peccatum mortale aut<sup>244</sup> originale, igitur manifestum est quod non contraxit originale, igitur nec indiguit circumcisionem<sup>245</sup>. Item peccatum originale est secundum Anshelmum carentia iusticie originalis cum debito habendi eam. Christus autem non fuit debito iusticie originalis cum non descendit ab Adam per viam propagacionis et modo naturali consweto<sup>246</sup>, sed natus est ex virgine, igitur non indiguit circumcisione nec ad eam obligatus fuit. Quamuis autem Christus non indiguerit circumcisione, voluit tamen sponte circumcidi propter multas causas quas enumerant doctores. Hic est S<anctus> T<homas> in tertia parte *Summe q<uaes>tione 37<sup>a</sup>* et Nicolaus de Lira Luce 2<sup>o</sup> super isto texto Ewangely<sup>247</sup>: POSTQUAM CONSUMATI SUNT DIES OCTO UT CIRCUMCIDERETUR PUER, etcetera. Prima causa fuit ut probaret ueritatem humane naturae assumpte: sciuit enim Dominus, sicut omnia scit, quod uenturi essent homines peruersi in mundum qui dicturi essent quod Christus Dominus non habuit verum corpus, sed fantasticum

---

<sup>241</sup> Sic!

<sup>242</sup> Sabati ms.

<sup>243</sup> Sabatum ms.

<sup>244</sup> Aut *it.* ms.

<sup>245</sup> Circumcisione ms.

<sup>246</sup> Sic!

<sup>247</sup> Sic!

tantum ut fuerunt Manichei et etiam homines aly<sup>248</sup> qui essent dicturi quod, licet haberet verum corpus, non tamen humanum corpus sicut et nos, sed haberet corpus celeste quod eis secum de celo attulisset, ut Valentinus et sui sequaces. Vt ergo Dominus suos fideles contra hos errores

f. 19 vb

incantaret voluit circumcidi, ut ex hoc noscerent in eo veritatem humane naturae ex carne et sanguine, sicut in alio homine. Secunda causa fuit ut per hoc circumcisionem approbaret et eam tunc institutam a Deo fuisse, sicut et totam Veterem Legem : sciuit enim Dominus uenturos in mundum peruersos homines qui circumcisionem et totam Veterem Legem non reciperent et dicerent eam non a Deo, sed a quodam principe malorum et Deo tenebrarum instituta, ut fuit Manicheus et discipulus eius Faustus et eorum complices. Voluit ergo Dominus circumcidi ut per hoc ostenderet non a Deo tenebrarum, sed a Deo vero circumcisionem sicut et totam Legem institutam ; alias utique non subisset circumcisionem et alia Legis onera si a Deo malorum, ut haeretici dixerunt, Lex fuisset instituta. Tertia causa ut per hoc ostenderet se fore dignetur Abrahe cui, ut dictum est, primo fuit datum praeceptum de circumcisione et fuit promissum quod de semine suo benedicentur omnes gentes<sup>249</sup>. Quarta causa ut per hoc Iudeis excusacionem tolleret Eum non recipiendi si non fuisset circumciscus : dixissent perfidi Iudei quod ideo non reciperent Eum ut Messiam, quia esset ethnicus et gentilis incircumciscus, messias vero esset futurus sanctus nasciturus de gente Iudeorum et de progenie Daud. Vt ergo eis omnem huiusmodi excusacionem tolleret voluit circumcidi. Quinta causa ut per hoc nobis suo exemplo virtutem obedientie commendaret, cum scilicet in se seruaret

f. 20 ra

praeceptum Legis cui tamen non erat ascriptus<sup>250</sup>. Cogitate, si Dei filius obediuit praecepto cuius non fuit debitor, quam dignum est et debitum est nos homines prompta voluntate obedire Dei praeceptis, et propter Deum praeceptis superiorum nostrorum hanc obedientiam etiam alibi nobis in seipso ostendit, cum Marie matri eius et Joseph patri putatiuo minoribus et inferioribus se ymo<sup>251</sup> creaturis suis subditus fuit, ut dicitur Luce 2°. Sexta causa ut qui in similitudinem carnis peccati venerat remedium quo caro peccati in alys<sup>252</sup> mundari consweuerat<sup>253</sup> non

---

<sup>248</sup> Sic!

<sup>249</sup> Gente ms.

<sup>250</sup> Ascriptus ms.

<sup>251</sup> Sic!

<sup>252</sup> Sic!

<sup>253</sup> Sic!

renueret<sup>254</sup>. Christus uenit in similitudinem carnis peccati quia assumpsit humanam naturam cum multis defectibus quos nos homines peccatores habemus, quamvis ex alia causa. Quia, ut dicit Magister libro tertio distinctione tertia, nos ex peccato originali defectos nostros trahimus. Christus autem non habuit defectus ex aliquo peccato cum nullum umquam habuerit, sed sponte et ex sola misericordia propter nostram salutem assumpsit nostros defectus multos, saltem aliquos, scilicet per quos nobis ostenderet veritatem sue humanitatis, ut erant timor, tristitia et ceterae passiones animae et aliquos ad redemptionem<sup>255</sup> humanam<sup>256</sup>, propter quam uenerat implecionem, ut fuerunt in Eo passibilitas, mortalitas et cetera huiusmodi. Nec enim passibilis fuisset et mortalis : nos redimere non potuisset saltem de lege Dei ordinate, sicut ergo assumpsit similitudinem carnis peccati, id est carnem humanam cum de-

f. 20 rb

-fectibus que in nobis ueniunt ex peccato. Ita etiam assumpsit circumcisionem qua non indiguit, et quae est in alys<sup>257</sup> remedium contra peccatum. Magnum fuit hoc humilitatis exitum quod Christus Dominus, qui peccatum non fecit, non dedignabatur ut peccator circumcidi et ob hoc ab alys<sup>258</sup> peccatorem estimari, quod arguit nostram superbiam. Multi enim uolunt peccatores esse et tamen pro talibus non uolunt haberi, ymo<sup>259</sup> non tamquam uolunt pro iustis etiam reputari. Septima causa ut cum Legis onus in se sustineri nos a Legis onere liberaret, secundum illud ad Galathas<sup>260</sup> 4° : MISIT DEUS FILIUS SUUM FACTUM SUB LEGE UT EOS QUI SUB LEGE ERANT REDIMERI, scilicet ab onere Legis sub quo seruiliter detenebantur. Dicit Glossa : ibidem dicitur autem lex omnis, quia multa et graua inponebat hominibus que omnia non conferebant gratiam ratione operis operati, dempta circumcisione quae tamen minorem conferebat quam nunc baptismus. Diceret aliquis : omnis Christi actio nostra est instructio, propter quod ipse dixit Iohannis 13° : EXITUM ENIM DEDI VOBIS UT QUEMADMODUM EGO FECI VOBIS, ITA ET VOS FACIATIS, cum ergo Dominus noster circumciscus sit deberemus et nos circumcidi. Respondet sanctus Thomas in tertia parte *Summe* dicens quod Christus circumcisionem suscepit pro illo tempore pro quo adhuc fuerat in praecepto. Et ideo actio sua est nobis in hoc imitanda, ut nobis etiam seruaremus ea que nostro tempore sunt praecepta : VNICUIQUE AUTEM NEGOTIO

---

<sup>254</sup> Rem nueret ms.

<sup>255</sup> Redemptionis ms.

<sup>256</sup> Humane ms.

<sup>257</sup> Sic!

<sup>258</sup> Sic!

<sup>259</sup> Sic!

<sup>260</sup> Gallathas ms.

f. 20 va

EST TEMPUS ET OPORTUNITAS, ut dicitur Ecclesiastico 8°. Circumcisio ergo tempore natiuitatis Christus fuit adhuc seruanda et habuit tunc efficaciam suam et licet Christus non indiguerit ea, voluit tamen eam suscipere propter causas enumeratas et quibus qui tunc fuisset potuisset etiam tunc eam suscepisse qui voluisset Christum in hoc imitare<sup>261</sup>. Sed nunc, post Christi passionem et sufficientem ewangely promulgationem, ipsa circumcisio non est plus seruanda, quia facta est mortifera : qui enim nunc uellet circumcidi credens ipsam circumcisionem aliquid virtutis adhuc habere - et sic in ea spem poneret - peccaret mortaliter, quia dicit Apostolus ad Galathas<sup>262</sup> 5° : SI CIRCUMCIDIMINI CHRISTUS NICHIL VOBIS PRODEST, NICHIL AUTEM PRAESERVAT HOMINEM FRUCTU MERITORUM CHRISTI, NEC PECCATUM MORTALE. Ex dictis nunc sufficienter patet quare Christus voluit circumcidi, sed quare non seruauit sic sabbatum<sup>263</sup>, et quedam alia legalia ut vno argumento tangebatur. Respondet sanctum Thomas quod Christus in pueritia sua in nullo fuit segregatus quo ad exteriorem conuersionem ab alys<sup>264</sup> pueris ideo omnia que ad pueros pertinebant in Veteri Lege in se etiam impleri voluit, ut circumcisionem, praesentationem sui in templum cum oblacione hostiarum. Sed quando iam ad perfectam etatem peruenit, tunc ostendere se debuit esse Dominum Legis et se illa non ligari et eam usque ad ipsum impositam esset, et ideo in quibusdam tunc supra Legem operatus est, sicut de obserua-

f. 20 vb

-tione sabbati<sup>265</sup> et de tactu leprosi, etcetera. Secundo queritur vtrum praeceptum de circumcisione fuerit suo tempore omnium obligatorium et uidetur quod sic, quia circumcisio fuit data in remedium originalis culpe. Sed ille morbus originalis culpe peccati communis fuit omnibus hominibus igitur, et medicina eiusdem morbi debuit esse communis omnibus, et debebant omnes homines ad eam suscipiendam obligari. In oppositum arguitur quia circumcisio fuit signum fidei, sed vnus tantum populus fuit in quo fides et Dei cultus remansit, ceteris per ydolatriam deprauatis, ergo eidem populo tantum circumcisio competebat. Conclusio prima : circumcisio non feminis, sed masculis solis data fuit in remedium originale. Patet Genesis 17°, vbi dixit Deus ad Abraham : CIRCUMCIDETUR EX VOBIS OMNEM MASCULUM<sup>266</sup>. Et item dicitur ibidem: INFANS OCTO DIERUM CIRCUMCIDETUR EX VOBIS, OMNEM MASCULUM IN

---

<sup>261</sup> Ymittare ms.

<sup>262</sup> Gallathas ms.

<sup>263</sup> Sabatum ms.

<sup>264</sup> Sic!

<sup>265</sup> Sabati ms.

<sup>266</sup> Masculum *emend.* ms.

GENERATIONIBUS VESTRIS. Et huius rei congruitatem assignant doctores quia, licet prima trasgressio incipit a femina - scilicet Eua qui primo peccat - tamen ipsa non fuit causa transfusionis originalis peccati in posteros, sed uir, scilicet Adam. Si enim Adam non peccasset originale peccatum in nos transfusum, non fuisset quod significat apostolus ad Romanos 5<sup>o</sup> dicens: PER UNUM HOMINEM PECCATUM IN MUNDUM INTRAVIT, et ideo feminis non

f. 21 ra

data circumcisio in remedium originalis, sed quedam alia leuiores de quibus dicitur. Etiam circumcisio fuit signum distinctiuum populi fidelis ab infideli, sed populi distinctio principaliter est ex parte virorum et propter hoc apud Hebreos non computabantur genealogie ex parte mulieris, et idem obseruabant etiam ewa??nta in descriptione genealogie Christi. 2<sup>a</sup> conclusio: quamuis praeceptum de circumcisione ligauerit solos Hebreos, ipsa tamen prodesse poterat alys<sup>267</sup> maribus. Prima pars quo ad hoc, quod omnes Hebreos ligat, est Magistri dicentis : Abraham primus mandatum de circumcisione habuit. Et subdit dicens: nec ei soli<sup>268</sup> praecepta fuit circumcisio, sed et semini eius, id est omnibus Hebreis, ut patet vbi praeuius. Sed quod illud praeceptum solos Hebreos obligauerit, patet quia post circumcisionis institutionem plures sunt saluati qui non fuerunt circumcisi, quia dicit Sanctus Gregorius quod Job fuit de stirpe Esaw<sup>269</sup> et sic descendit de Abraham et percommunis fuit post circumcisionis institutionem et fuit saluatus, et tamen non legitur circumcisuus, vt dicit Hugo de sancto Victore et beatus Gregorius in prologo Job et sic est intelligendum de alys<sup>270</sup>. Item Deus fecit pactum cum Abraham de certitudine natiuitatis Christi, de ipsius Abrahe posteritate, et de terra promissionis eidem danda. Et ideo soli isti intelliguntur praecepto ascripti<sup>271</sup> ad quos extendit

f. 21 rb

se illud pactum, sicut Abraham et non Ismahel<sup>272</sup> filius eius, quia per illum non erat descensus Christus nec erat posteritas sua possessura terram promissionis. Sed Ysaac filius Abrahe fuit ascriptus<sup>273</sup> illo praecepto de illo enim dixit Deus Genesis 17<sup>o</sup> : CONSTITUAM ILLI PACTUM MEUM IN FEDUS SEMPITERNUM ET SEMEN EIUS POST EUM. Isaac<sup>274</sup> igitur, filius Abrahe,

---

<sup>267</sup> Sic!

<sup>268</sup> Soli emend. ms.

<sup>269</sup> Sic!

<sup>270</sup> Sic!

<sup>271</sup> Astricti ms.

<sup>272</sup> Ysmahel ms.

<sup>273</sup> Ascriptus ms.

<sup>274</sup> Ysaac ms.

obligatus fuit ad hoc praeceptum et non Esaw<sup>275</sup> filius eius, sed Jacob filius et simili causa ut de Ismahel<sup>276</sup> et Isaac<sup>277</sup> et communiter omnes fuerunt obligati qui a Jacob descenderunt, ut sunt omnes Iudei duodecim tribus Israhel que descenderant a duodecim filijs Iacob. Secunda vero pars conclusionis patet quia ipsa fuit instituta masculis in remedium originalis igitur et aly<sup>278</sup> maribus eam suscipientibus et ad eam non obligatis potuit prodesse ad originalis purgationem; propter hoc circumcidebantur proselyti<sup>279</sup> Iudeorum, id est gentiles nouiter ad fidem Iudeorum conuersi. Item Abraham circumcidit Ismahel<sup>280</sup> filium suum et vernaculos domus sue, et empticiones, et alienigenas qui non erant de populo ex quo Christus nasciturus erat et non circumcidit eos frustra igitur, etcetera. Ad argumentum ante oppositum dicitur : sicut originale fuit omnibus commune, sic circumcisio potuit omnibus maribus prodesse, quamuis non fuerit omnibus maribus praecepta, sed solum populo israhelitico propter quod Christus

f. 21 va

ex eo fuerat nasciturus. Quidquid enim ad Christum pertinebat, hoc debuit singulari sanctitate polire<sup>281</sup>, sed populus autem Israhel sic ad Christum pertinebat quod de Eo nasciturus fuit et non de alio, et ideo oportuit quod in Eo specialiter vigeret cultus diuinus et fides vnus Dei. Et quod consequenter in Eo essent sacramenta que illius essent signa, qualis erat circumcisio - ut dictum fuit praeuius - apud alios vero manebant eadem remedia que ante circumcisionem fuerunt, etcetera. Tertio quaeritur vtrum fuit de necessitate quod circumcisio fieret die octauo et lapideo cultro. Arguitur quod non quia, dum Iudei vagabantur in deserto, tunc qui nascebantur non fuerunt circumcisi, sed post multo tempore in Galgala<sup>282</sup> - ut patet Josue 5<sup>o</sup> - et eis profuit circumcisio, igitur non requirebatur ad eius efficaciam ut fieret die octauo. Item proselyti<sup>283</sup> iam perfectae etatis circumcidebantur ut Achior Iudith patet et multi aly<sup>284</sup>, et eis profuit. Igitur etiam pueri poterant ante octauam aut etiam post circumcidi. 3<sup>o</sup> arguitur quod non requirebatur culter lapideus, quia circumcisio non habebat vim nec ex diuina miseratione et ex praecepto Dei, sed in praecepto diuino dato de circumcisione et ponitur Genesis 17<sup>o</sup> : NULLA SIT MENCIO DE CULTRO LAPIDEO

---

<sup>275</sup> Sic!

<sup>276</sup> Ysmahel ms.

<sup>277</sup> Ysaac ms.

<sup>278</sup> Sic!

<sup>279</sup> Prozeliti ms.

<sup>280</sup> Ysmahel ms.

<sup>281</sup> Polere ms.

<sup>282</sup> Galgalgal ms.

<sup>283</sup> Prozeliti ms.

<sup>284</sup> Sic!

f. 21 vb

Igitur non fuit de necessitate. In oppositum videtur esse Magister in littera, vbi dicitur quod secundum Legem fiebat die octauo lapideo cultro, etcetera. Et specialiter de octauo die dicitur Genesis 17<sup>o</sup> : INFANS OCTO DIERUM CIRCUMDIDETUR, etcetera. Conclusio prima : obseruatio octaue diei non requirebatur necessario ad efficaciam sacramento, proponitur quia circumcisio mundabat ab originali etiam proselytos<sup>285</sup> adulte etatis sicut paruulos, ut dictum fuit igitur, etcetera. Secunda conclusio : determinatio temporis, scilicet octaue die, fuit in masculinis Iudeorum de obseruantia et de necessitate praecepti. Patet quia in prima circumcisionis institutione dixit Deus<sup>286</sup> Genesis 17<sup>o</sup> : INFANS OCTO DIERUM CIRCUMCIDETUR IN VOBIS. Igitur illud tempus sic determinatum fuit apud Hebreos de necessitate obseruantie et praecepti ita quod reus erat transgressionis qui illud tempus non obseruabat. Et ideo quamuis circumcisio alio tempore rite facta fuerit efficax ad mundandum ab originali, ut dictum est in prima conclusione, tamen qui tempus illud praeueniebat aut qui circumcisionem parvuli vltra illud tempus differebat peccauit moraliter contra praeceptum, quamuis paruulus fuerit ab originali mundatus. Et est simile in nostris sacramentis : qui enim seruat debitam materiam et formam et intencionem obmittit tamen aliquid de solemnitatibus ad sacramentum requisitis, quod Ecclesiae institutione peccat quidem contra praeceptum,

f. 22 ra

sed sacramentum adhuc habet efficaciam suam. Sic in<sup>287</sup> proposito interpretatur de tempore in circumcisione seruando. 3<sup>a</sup> conclusio : determinatio temporis in circumcisione, scilicet octaue diei, etiam pertinebat ad perfectionem significationis sacramenti. Patet, quia per Magistrum in littera circumcisio duo significabat, quorum vtrumque recte significatur per octauam diem. Nam primo significabat abscissionem<sup>288</sup> ab electis omnis corruptionis et defectus ac misericordiae, et illa cum in generali resurrectione que fiet in octaua die etate mundi, et ita congrue significatur per octauam diem in quo circumcidebatur caro praepucy<sup>289</sup>. Secundo significabat abscissionem<sup>290</sup> culpe ab anima per Christi resurrectionem que facta est octaua die, id est dominica, que fuit octaua dies creationis mundi: per istam enim Christi resurrectionem omnis anima fide formata, in Christum credens, circumciditur et mundatur a peccatis. Et ideo dicit

---

<sup>285</sup> Prozelitos ms.

<sup>286</sup> Ihesus ms.

<sup>287</sup> Im ms.

<sup>288</sup> Abscisionem ms.

<sup>289</sup> Sic!

<sup>290</sup> Abscisione ms.

Magister quod circumcisio habuit duas res, id est ipsa circumcisio fuit signum, quia sacramentum et significabat duo sacra, scilicet abscissionem omnis mali ab electis in generali resurrectione et abscissionem culpe ab anima fidei in praesenti. Praeter illa fuit etiam causa litteralis propter quam octauo die fiebat circumcisio, quam tangit Rabi Moyses<sup>291</sup>: dicit quod puer ante octauum diem est ita tener quasi sit in vtero matris, et ideo sicut non offerebantur<sup>292</sup> animalia ante octauum diem propter dictam causam, ita nec queri circumcidebantur. Et insuper si puer ante octauum diem

f. 22 rb

fuisset circumciscus propter teneritatem mortuus fuisset, et si vltra licuisset differre potuisset mori sine circumcisione et dampnari sicut nunc dampnantur paruuli decedentes sine baptismo. Parentes autem libenter diu distulissent circumcisionem<sup>293</sup> propter pueri dolorem, et ideo Dominus suo praecepto determinat diem octauum. Sed dicitur aliquis : si tempus sic fuit de necessitate praecepti, scilicet octauus dies, tunc nullo modo licuisset illud tempus praeuenire aut vltra differre<sup>294</sup>. Dicunt aliqui quod non poterat praeueniri nec vltra differri sine peccato nisi interueniret dispensatio<sup>295</sup> et Dei aut nisi vrgeret necessitas, et ita volunt quod si timeretur quod verisimiliter de morte paruuli, poterat sine peccato circumcidi ante octauum diem propter istam necessitatem. Ita videtur velle Magister in fine illius prime distinctionis<sup>296</sup>. Aly<sup>297</sup> tamen, ut Hugo, etcetera, aliter dicunt scilicet quod non licuit huiusmodi paruulum circumcidere ante octauum diem, quia fuisset contra praeceptum et etiam non fuisset cautum praeueniens tempus propter infirmitatem, quia propter dolorem circumcisionis fuisse citius mortuus. Dicunt consequenter quod tales paruuli, quia non fuerunt obligati ante octauum diem ad circumcisionem, et ideo si ante imminebat<sup>298</sup> mors, saluabantur et curabantur eodem remedio quo femelle que ad circumcisionem non fuerunt obligate. Ex hys<sup>299</sup> patet quod octauus dies non fuit de efficacia circumcisionis, sed fuit de ob-

f. 22 rb

---

<sup>291</sup> Moysens ms.

<sup>292</sup> Offerrebantur ms.

<sup>293</sup> Circumcisionem ms.

<sup>294</sup> Defferre ms.

<sup>295</sup> Disspensatio ms.

<sup>296</sup> Distinctionis ms.

<sup>297</sup> Sic!

<sup>298</sup> Inminebat ms.

<sup>299</sup> Sic!

-seruantia praecepti et de perfectione significationis si enim puer ante fuisset circumcisis aut post ipse fuisset mundatus ab originali ; sed ille peccasset qui diem octauum praeuenisset aut qui ultra distulisset. Sed de cultro lapideo dicitur quod ille non fuit de efficacia nec de praecepto, et ideo in circumcisionis<sup>300</sup> institutione nulla fiebat mentio de instrvmento et insuper hodie ritus Iudeorum non habet ut cum lapideo instrvmento circumcidant. Fuit inde in aliquibus principalibus circumcisionibus obseruatum ut fierent cum lapideo cultro ad significandum petere Christum qui est causa meritoria trasmissionis originalis que in circumcisione fiebat. Ad primum argumentum dicit sanctum Thomas quod illis qui in deserto vagabantur dispensacio praecepti facta est propter necessitatem que tangitur Iosue 5°, quia scilicet nesciebant quando castra monenda erant et item quia non erat tunc necessarie eos aliquod signum distinctionis habere, ut dixit Damascenus quando seorsum ab alys<sup>301</sup> hominibus habitabant et tamen quantum ad aliquos qui negligentia uel contemptu praetermittebant. Dicit Augustinus quod in obedientiam incurrebant, non autem constat quod aliqui de illis qui in deserto sunt nati in deserto mortui sunt. Et videtur probabile quod non, quia dicitur in Psalmo: ET NON ERAT IN TRIBUS EORUM INFIRMUS, vnde illi qui de Egipto egressi sunt qui circumcisi erant mortui sunt, et ita

f. 22 vb

nullus est ibi mortuus incircumcisis, sed tamen aliqui incircumcisi mortui sunt. Idem dicendum est de eis et de hys<sup>302</sup> qui ante circumcisionis institutionem moriebantur. Ad secundum, scilicet de proselytis<sup>303</sup>, dictum est in corpore quaestionis et similiter ad 3<sup>m</sup> de cultro lapideo. Quarto quaeritur **utrum circumcisio conferebat gratiam ratione operis operati**. Arguitur quod non, auctoritati<sup>304</sup> Magistri in littera qui videtur velle quod non conferebat gratia. 2°, si contulisset gratiam, tunc nulla fuisset differentia ipius in baptismo, quia sicut baptismus confert gratiam et debet culpam originalem, ita etiam fecisset circumcisio<sup>305</sup>, et sic baptismus eam in nullo excessisset. 3°, si contulisset gratiam, tunc deleuisset non solum originale, sed etiam omnia mortalia ; tamen talia non possint stare simpliciter cum gratia. Et ideo dicit Augustinus quod impietas est a Deo dimidiam sperare veniam, sed nullibi invenitur dictum a sanctis quod circumcisio tollat actuale ; igitur non conferebat gratiam ratione operis operati. In oppositum arguitur quia circumcisio agebat in Lege quod nunc agit baptismus, ut patet per auctoritates in

---

<sup>300</sup> Circumcisionis *emend.* ms.

<sup>301</sup> Sic!

<sup>302</sup> Sic!

<sup>303</sup> Prozelitis ms.

<sup>304</sup> Autoritati ms.

<sup>305</sup> Circumcissio ms.

littera positas, sed nunc baptismus confert gratiam igitur, etcetera. Notandum quod fuit opinio Magistri quod circumcisio deleuit peccatum originale, sed nullam conferebat gratiam ratione operis operati ex ui sacramenti. Et hanc sententiam innuit

f. 23 ra

Magister in littera cum dicit in capitulo penultimo, ibi scilicet : in circumcissione peccata solum dimittebantur, sed nec gratia ad bene operandum adiutrix nec uirtutum possessio uel augmentum ibi praestabatur, vt in baptismo. Sed illa posicio Magistri non tenetur communiter et ideo pro responsione ad questionem sit illa conclusio : circumcisio suo tempore rite adhibita homini deleuit in eo originale et contulit ei gratiam ratione operis operati. Prima pars patet ex dictis praeuius et per auctoritates in littera positas. 2<sup>a</sup> pars probatur quia, si paruulo fuisset dimissa culpa et non collata gracia, tunc talis paruulus<sup>306</sup> si sic decessisset non fuisset saluatus eo, quod non habuisset vestem nuptialem, id est gratiam gratum facientem sine qua nemo saluari potest. Nec fuisset dampnatus, quia nullam culpam, et sic fuisset medius inter filios regni et filios perdicionis, quod non est possibile de Lege communi : talis enim paruulus fuisset priuatus uisione diuina et sic habuisset eandem penam, sicut paruuli qui in originali decessissent, quod non fuisset iustum, scilicet innocentem et peccatorem equaliter puniri in eternum. Dicitur aliquis : femelle etiam contrahebant<sup>307</sup> originale, in quo ergo ille mundabantur cum circumcisio fuerit solum pro masculis instituta. Respondet sanctus Thomas et Bonauentura quod tempore quo currebat circumcisio sufficiebatur pro femellis professio fidei sine illa fieret,

f. 23 rb

actu exteriori sine verbo, sine solum interiori actu cordis, dum tamen talis professio fieret a parentibus paruuli uel ab alys<sup>308</sup> qui gerebant curam paruuli. Et in tali professione fidei haberetur respectus ad paruulos curandum ab eo quem credebant et expectabant futurum reparatorem, et si ad talem fidei protestationem adhibeantur aqua, sacramenta cuiusdem temporis ut oblationes, sacrificia. Hoc non fuit necessarium, sed pro voto addebantur, nec erat efficacia remissionis culpe ex istis sacramentis sic voluntarie additis, sed solum ex interiori fide. Et hoc consonat hys<sup>309</sup> quae superius dicta fuerunt, scilicet quod sacramenta Veteris Legis conferebant gratiam ratione operis operati, quamuis gratia operis operantis. Verum aly<sup>310</sup> aliter

---

<sup>306</sup> Parulis ms.

<sup>307</sup> Contrahabant ms.

<sup>308</sup> Sic!

<sup>309</sup> Sic!

<sup>310</sup> Sic!

opinantur: dicunt enim quod oportet huiusmodi professionem fidei fieri non solum ore aut corde, sed fuerit de necessitate ut adhibetur etiam exterius signum sensibile ut oblatio, sacrificium, etcetera. Et ideo dicit Gregorius, ut allegat Magister in littera, quod maioribus necessaria fuit virtus sacrificy<sup>311</sup>, sed paruulis sufficiebat fides scilicet aliene, ut parentum cum exteriori professione, ut dictum est, et non requirebatur in eius propria fides. Et sicut dictum est de femellis quae erant tempore circumcisionis institute secundum duas vias, ita intelligatur dicendum fore de maribus et femellis qui erat antequam instituta fuit circumcisio. Ad argumenta ante opposita<sup>312</sup> ad primum dicitur quod illa fuit opinio Magistri, ut fuit praeuius

f. 23 va

dictum, et licet posset illa opinio sustineri, tamen non tenetur communiter a doctoribus. Possit enim sic sustineri quod diceretur, quod circumcisio ex sua virtute et ratione operis operati tollebat originalem culpam et (quod *add. ms.*) tunc simul conferebatur ipsi circumciso gratia non virtute circumcisionis sed virtute proprie fidei, si fuit adultus, aut virtute fidei parentum aut aliorum paruulum offerentium et curam eius gerentium. Hoc videtur enim intendere quedam *Glossa*<sup>313</sup> *ad Romanos* 4<sup>o</sup> dicens : in circumcissione peccata remittebantur sed gratia per eam non praestabatur, supple et opere operato. Sic eis in lege naturae debebatur originale, et dabatur gracia paruulis virtute fidei parentum tantum et non virtute alterius sacramenti, ut aliqui dixerunt sicut superius allegatum fuit. Ad secundum dicitur secundum communem<sup>314</sup> opinionem quod ista adhuc fuit differentia, quia licet circumcisio contulerit gratiam et opere operato, contulit tamen paruam gratiam respectu gratie quam nunc confert baptismus<sup>315</sup>. 3<sup>o</sup><sup>316</sup> quia, licet circumcisio contulerit gratiam, non gratiam que est<sup>317</sup> immediata<sup>318</sup> dispositio ad gloriam, quia non apparuit<sup>319</sup> ianuam regni celestis vnus quod hoc non fuit ex defectu eius, sed ex hoc, quod nondum fuit solutum praecium quia Christus nondum fuit mortuus, et ideo nec baptismus tunc scilicet ante mortem Christi apparuisset ianuam. Vel 3<sup>o</sup>, quia licet circumcisio conferebat gratiam, non tamen vniuersaliter cuilibet eam digne

f. 23 vb

---

<sup>311</sup> Sic!

<sup>312</sup> Oppositum ms.

<sup>313</sup> Gloza ms.

<sup>314</sup> Commonem ms.

<sup>315</sup> Waptismus ms.

<sup>316</sup> 2<sup>o</sup> ms.

<sup>317</sup> Esse ms.

<sup>318</sup> Inmediata ms.

<sup>319</sup> Apperuit ms.

suscipienti: posset enim dici quod fuit determinata ad certum gradum gratiae vltra quem non poterat agere intendendo uel introducendo. Et igitur, quando talem gradum invenit in aliquo qui circumcidebatur, tunc nullam scilicet gratiam contulit, et posset dici quod Magister intenderit istum modum. Dicit enim in littera, capitulo penultimo : quandocumque iustus accidit ad baptismum vberiore gratiam ibi recepit, vnde baptismum<sup>320</sup> generaliter intendit gratiam inventam. Sed non sic est de circumcissione, vnde Abrahe iam iustificato fuit enim signaculum, quia iam attigerat uel transcenderat illum certum gradum ad quem determinata erat circumcisio, et ideo nichil gratiae sibi contulit ex opere operato. Ad secundum dicit Sanctus Thomas quod, licet circumcisio fuerit directe ordinata contra originale, tamen ex consequenti etiam actuale tollebat ; sed quod sancti de hoc non locuntur, est quia non erat circumcisio ad hoc principaliter instituta. Quinto quaeritur vtrum circumcisio et alia legalia debuerunt cessare et cessauerunt in Christi passione. Arguitur quod non, et primo de circumcissione, quod non cessauerit, quia dicitur Genesis 17<sup>o</sup> quia circumcisio dabatur in fedus eternum, sed eternum dicitur quod nullo fine clauditur, igitur circumcisio eternaliter durare debuit in suo vigore. 2<sup>o</sup> - Figuralia que significabant illa que semper facienda sunt non debent cessare, sicut thurificatio quae est vnum f. 24 ra

de legalibus non cessauit eo, quod significat deuotionem que semper habenda est. Sed CIRCUMCISIO CORDIS, CUIUS LAUS EX DEO EST - Ad Romanos 2<sup>o</sup> - semper facienda est, et illa significat exterior sacramentalis circumcisio ; igitur etiam non debuit cessare. 3<sup>o</sup> arguitur quod nec alia legalia cessare debuerunt, quia - ut dicitur Mathei 5<sup>o</sup>- CHRISTUS NON VENIT LEGEM SOLVERE, SED IMPLERE. Lex autem consistebat non solum in moralibus sed etiam in sacramentis legalibus, igitur Christus non venit ea soluere. 4<sup>o</sup> - Apud Deum non est transmutatio, sed est signum mutationis voluntatis si praeceptum quod praeuius datum est posterius reuocetur. Cum ergo Deus illa legalia praeceperit, videtur quod non debuerunt cessare nec reuocari. Quinto : praeceptum ab aliquo datum non potest reuocari nec per equalem aut superiorem, sed Deus dedit praecepta de legalibus et numquam legitur ea reuocasse. In Noua Lege igitur adhuc durant. Sexto adhuc tenemus aliqua legalia seruare, igitur non omnia cessauerunt. Antecedens patet quia tenemus seruare praecepta Noui Testamenti et statuta Ecclesiae ; sed praeceptum apostolorum in Nouo Testamento fuit de quibusdam legalis obseruandis, vnde Actuum 15<sup>o</sup> apostoli praeceperunt dicentes : VISUM EST SPIRITUI SANCTO

---

<sup>320</sup> Waptismus ms.

ET NOBIS UT ABSTINEATIS AB YMOLATIS<sup>321</sup> SIMULACRORUM ET SANGUINE<sup>322</sup> ET SUFFOCATIONE ET FORNICATIONE quorum aliqua fuerunt de obseruantia Veteris Legis. Igitur tenemus adhuc aliqua

f. 24 rb

legalia significare et per **consequentes** non omnia cessauerunt, igitur quaestio falsa. In oppositum arguitur et primo quod circumcisiones<sup>323</sup> cessauerunt, quia dicitur ad Galathas<sup>324</sup> 5° : SI CIRCUMCIDIMUR CHRISTUS, NICHIL VOBIS PRODERIT. Igitur non fuit circumcisio amplius seruanda, igitur cessauit. 2° arguitur quod etiam cetera legalia cessauerunt, quia dicitur ad Hebreos I : VMBRAM HABENS LEX FUTURORUM BONORUM, SED VENIENTE VERITATE CESSAT FIGURA. Igitur veniente Christo cessauerunt legalia. 3° super illo *Ad Galathas*. 3° - QUOMODO CONVERTIMINI DENUO AD EGENA, et infirma elementa dicit *Glossa*. Ideo dicit : denuo ut ostendat quod non distat modo Lex post Christum ab antiqua ydolatria<sup>325</sup>. Sed ydolatria numquam potuit obseruari sine peccato, igitur nec legalia post Christum et per **consequentes** cessauerunt. Respondetur ad quaestionem quod tam circumcisio quam cetera legalia cessauerunt et cessare debuerunt. Quod<sup>326</sup> ad circumcisionem declarat hoc beatus Thomas, quia cum venit quod perfectum est euacuari debet quod ex parte est si ad eundem effectum ordinatur circumcisio, autem imperfectam fuit respectu baptismi et ordinabatur ad eundem effectum ad quem baptismus - ut praeuius dictum fuit -. Igitur baptismo veniente debuit ipsa cessare. Quod autem circumcisio fuerit imperfecta respectu baptismi patet ex tribus: primo quantum ad significationem, quia circumcisio non ita perfecte et expresse<sup>327</sup> significabat mundacionem totius hominis ab immundicia<sup>328</sup> originalis culpe, sicut ablucio baptismalis. 2°

f. 24 va

quantum ad gracias, quia non tam habundans gracia ad bene operandum et ad reprimendum formidinem<sup>329</sup> in circumcissione dabatur sicut in baptismo. 3° quantum ad communitatem et vtilitatem, quia non fuit vtilitas circumcisionis ita communis sicut baptismi cum circumcisio habuerit determinatum populum, scilicet Israheliticum, cui soli praecepta fuerit. Et habuit

---

<sup>321</sup> Sic!

<sup>322</sup> Saguine ms.

<sup>323</sup> Circumcisio ms.

<sup>324</sup> Gallathas ms.

<sup>325</sup> Sic!

<sup>326</sup> Quo ms.

<sup>327</sup> Expraessee ms.

<sup>328</sup> Inmundicia ms.

<sup>329</sup> Formicem ms.

determinatum sexum quia solum masculinum, et habuit determinatum tempus quia octauum diem a natiuitate paruuli. Baptismus autem praeceptus est omnibus populis et est communis ac utilis et salubris viris et mulieribus et omni tempore potest fieri et est facilis respectiue ad circumcisionem que fuit durum et onerosum cauterium. Et hoc conuenit Noue Legi de qua Dominus dixit : IUGUM ENIM MEUM SOAUE EST, ET ONUS MEUM LEUE (Mathei 11<sup>o330</sup>). Et ideo debuit cessare circumcisio, instituto baptismo per Christum. Item circumcisio erat signum distinctiuum populi Hebreorum a populo gentilium incircumcisorum, sed Christus utrumque populum in se lapidem angularem coniunxit, ut dicitur *Ad Ephesios* 2<sup>o</sup>. Igitur circumcisionem distingwentem<sup>331</sup> debuit tollere, ita ergo patet quod circumcisio cessare debuit ; quod autem cetera legalia cessare debuerunt, declarat sanctus Thomas principaliter ex tribus. Primo quia Lex instituta fuit ad significandum gratiam Noui Testamenti que per Christum facta est, et ideo veniente Christo cessare debuit sicut veniente corpore

f. 24 vb

lucido cessat vmbra. Hanc causam tangit apostolus *ad Hebreos* 10<sup>o</sup> dicens: VMBRAM HABE LEX FUTURORUM BONORUM. 2<sup>o</sup> debuit cessare Vetus Lex quod<sup>332</sup> ad legalia uel cerimonialia propter imperfectionem, quia in legalibus non conferebatur gracia tanta quanta<sup>333</sup> oportebat dari in Nouo Testamento ; et ideo oportuit alia sacramenta institui in quibus amplior gracia confertur. Et hanc causam tangit apostolus *ad Hebreos* 7<sup>o</sup>, vbi dicit : REPROBATIO QUIDEM FIT PRIORIS MANDATI PROPTER INFINITATEM ET INVITILITATEM. 3<sup>a</sup> causa cessacionis accipitur ex parte eorum quibus Lex data fuit, qui erant paruuli et imperfecti et ideo erant paulatim a pristina consuetudine ydolatrie abstrahendi, ut sic primo eis concederetur eadem offerre Deo quae prius ydolis obtulerunt uel eis offerri<sup>334</sup> videantur, ut dicit Rabi Moyses. Sed postmodum, quando humanum genus ad perfectam etatem peruenit, debuit ab hys<sup>335</sup> obseruantys<sup>336</sup> liberum esse et hanc causam tangit apostolus *ad Galathas*<sup>337</sup> 3<sup>o</sup> et 4<sup>o</sup> et Petrus Actuum 3<sup>o</sup>, ostendens illa legalia in onus illi populo rudi inposito esse. Sed est dubium quando circumcisio et alia legalia cessauerunt et sint facta inuitilia uel etiam nociua seruantibus ea. Respondetur quod hoc dubium habet difficultatem ex quibusdam contrarietatibus que super hoc inveniuntur

---

<sup>330</sup> 7<sup>o</sup> ms.

<sup>331</sup> Sic!

<sup>332</sup> Quo ms.

<sup>333</sup> Quantam ms.

<sup>334</sup> Offerri emend. ms.

<sup>335</sup> Sic!

<sup>336</sup> Sic!

<sup>337</sup> Gallathas ms.

f. 25 ra

in canone Biblie et in dictis sanctorum : quandoque enim inveniuntur obseruata legalia tempore gratiae et quandoque prohibita, ut Christus Dominus circumcisisus est, oblatus est in templum et<sup>338</sup> alia multa obseruauit, comedit agnum pascalem. Item tempore apostolorum sunt plura seruata, sicut Paulus circumcidit Tymotheum<sup>339</sup> et purificatus secundum Legem templum intrauit et hostias obtulit (Actuum 21<sup>o</sup>). Inveniuntur autem prohibita tempore gratie, ut patet per argumenta in oppositum quaestionis adducta. Item Petrus ea seruauit et eum Paulus super hoc reprehendit<sup>340</sup>, vnde Ad Galathas<sup>341</sup> 2<sup>o</sup> apostolus dixit : CUM VENISSET CEPHAS ANTIOCHIAM IN FACIEM EI RESTITI, QUIA REPRAEHENSIBILIS ERAT. Prius enim quam uenirent quidam a Jacobo cum gentibus edebat, cum autem venissent<sup>342</sup> subtrahebat et segregabat se timens eos qui ex circumcisione erant et simulationem eius consenserunt ceteri Iudei, ita ut et Barnabas<sup>343</sup> seduceretur ab eis in illam simulationem. Sed cum vidissem quod non recte ambularent ad veritatem ewangely<sup>344</sup>, dixit Cephe coram omnibus: SI TU, CUM IUDEUS SIS, GENTILITER ET NON IUDAICE VIVIS, QUOMODO GENTES COGIS IUDAIZARE<sup>345</sup> ? Item circa hoc dubium videtur etiam Hieronimus<sup>346</sup> et Augustinus contraria sentire : volebat enim beatus Hieronimus<sup>347</sup> quod legalia post passionem Christi quantum ad illos ad quos gratia Noui Testamenti

f. 25 rb

manifeste divulgata erat fuerunt mortiferata. Apostolus autem hys<sup>348</sup> vsus fuisse quadam die dispensacione ad cauendum scandalum Iudeorum. Et ideo Petrus iudaizans<sup>349</sup>, id est seruans legalia, ut dictum est in auctoritate praeallegata ad Galathas<sup>350</sup> 2<sup>o</sup>, non peccauit dispensatorie id faciens, et similiter Paulus dispensatorie eum arguit ne exemplo Petri gentiles quorum ipse Paulus apostolus fuit legalia quasi necessaria querentur. Et sic vterque excusatur : Petrus a culpa et Paulus a Petri reprehensione<sup>351</sup>, qui quo ad auctoritatem fuit eo<sup>352</sup> superior. Et ita beatus

---

<sup>338</sup> Et add. ms.

<sup>339</sup> Sic!

<sup>340</sup> Repraehendit ms.

<sup>341</sup> Gallathas ms.

<sup>342</sup> Venisset ms.

<sup>343</sup> Barrabas ms.

<sup>344</sup> Sic!

<sup>345</sup> IUDAISARE ms.

<sup>346</sup> Ieronimus ms.

<sup>347</sup> Ieronimus ms.

<sup>348</sup> Sic!

<sup>349</sup> Iudaisans ms.

<sup>350</sup> Gallathas ms.

<sup>351</sup> Reprahensione ms.

<sup>352</sup> Eo *emend.* ms.

Hieronimus<sup>353</sup> distinxit duo tempora : vnum condendi ewangelium<sup>354</sup>, quod incepit ab adventu Christi et duravit vsque ad passionis Christi consumacionem. Aliud fuit tempus promulgacionis ewangely<sup>355</sup>, quod incepit a tempore missionis Spiritus sancti et dvrabit vsque in finem mundi. Concessit ergo beatus Hieronimus<sup>356</sup> quod legalia seruari debebant in toto primo tempore, scilicet in tempore condendi ewangelium<sup>357</sup>. Sed in toto secundo tempore illi ad quem sufficienter pervenit noticia et promulgatio veritatis ewangelice<sup>358</sup> licuit ea aliquo modo seruare. Non apostolis maioribus ex dispensatione et quadam pia simulatione ceteri erant transgressores qualitercumque seruabant, sed quia non videtur conveniens quod apostoli aliquod contra veritatem doctrine fecissent propter vitare scandalum Iudeorum. Nec

f. 25 va

conueniens dicere quod Paulus in *Epistula ad Galathas*<sup>359</sup> aliquid simile diceret, dicit autem Petrum reprehensibilem<sup>360</sup> fuisse et non recte ambulasse ad ewangelium<sup>361</sup>, quod<sup>362</sup> enim audeat dicere ipsum in dispensatione doctrine veritatis falsum dixisse aut mentitum fuisse. Et dicit Scotus quod, licet apostoli in actibus uel verbis que dixerunt ut homines potuerunt errare, non tamen apostolus uel propheta in quantum scriptor alicuius partis Scripture aliquo modo errauit, quia secundum Augustinum in epistula ad Hieronimum<sup>363</sup> dicitur<sup>364</sup> : si ad Scripturas diuinas admissum fuerit aliquod mendacium quantumcumque paruum etiam officiosum, nichil remanet in ea solide veritatis qua convincitur aduersarius. Si quid enim contra ipsum allegatum fuerit, respondebit illud mendaciter esse dictum iocose uel officiose, ut illud aliud quod conceditur istud dictum. Et iterum dicit ibidem Augustinus : hys<sup>365</sup> solis libris qui ‘canonici’ nominantur hanc didici ferre reuerenciam, quod nullum illorum in scribendo errasse firmissime credam. Cum ergo Paulus in *Epistula ad Galathas* que est pars Scripture canonice hec scribat, scilicet : EI RESTITI IN FACIEM ET QUOD NON RECTE AMBULARET, etcetera, necesse est dicere illa verba non esse simulatoria, sed simpliciter vera, alias totius diuinae Scripture affertur<sup>366</sup> auctoritas.

---

<sup>353</sup> leornimus ms.

<sup>354</sup> Sic!

<sup>355</sup> Sic!

<sup>356</sup> leornimus ms.

<sup>357</sup> Sic!

<sup>358</sup> Sic!

<sup>359</sup> Gallathas ms.

<sup>360</sup> Repraehensibilem ms.

<sup>361</sup> Sic!

<sup>362</sup> Quos ms.

<sup>363</sup> leornimum ms.

<sup>364</sup> Dicit ms.

<sup>365</sup> Sic!

<sup>366</sup> Auffertur ms.

Propter hoc beatus Augustinus aliter soluit dubium et melius dicit enim, quod ante passionem Christi Domini legalia fuerunt seruanda,

f. 25 vb

quod auctoritate diuinae institutionis et habuerunt adhuc effectum suum. Sed post Christi passionem ante divulgationem completam ewangely<sup>367</sup> obseruari poterant a Iudeis ad fidem conuersis non spem in ipsis ponentibus, quasi adhuc alicuius virtutis essent aut quasi sine eis gratia Christi non sufficeret ad salutem, sed ideo solum ne videretur Lex Vetus omnino reprobanda si statim velud ydolatRIA fugeretur. Hoc ergo modo fuit mater synagoga cum honore ad tumulum deducenda ut per hoc ostenderetur bona pro suo tempore fuisse; sed post ewangely<sup>368</sup> promulgationem non sunt solum, non sunt salutifera, sed sunt etiam mortifera. Medio ergo tempore Petrus et Paulus obseruabant legalia non simulationis, sed uere ; Petrus tamen illa vna vice se incaute habuit in obseruationem legalium nimis condescendens Iudeis illis qui legalia obseruanda dicebant, ita ut aliqui ex eius exemplo inducerentur ad ea seruanda quasi necessaria. Et ideo vere reprehensibilis<sup>369</sup> erat et aliquam leuem culpam incurrit - et ita dicit sanctus Thomas - et Paulus eum vere et non dispensatorie reprehendit<sup>370</sup>. Et ad melius intelligendum est notandum quod beatus Augustinus circa hoc tria distinxit tempora, scilicet tempus condendi ewangelicum<sup>371</sup>, scilicet quod fuit ab aduentu Christi usque ad passionis consumacionem, et in illo tempore sunt legalia infirmata et in Christi passione

f. 26 ra

mortua, quia de cetero inuitalia. 2<sup>um</sup> tempus fuit tempus promulgandi ewangelium<sup>372</sup> et fuit a passione Christi vsque ad divulgationem ewangely<sup>373</sup> in omnes gentes, ita quod potuit dici : IN OMNEM TERRAM EXIUIT SONUS EORUM, etcetera. Et in illo tempore sunt illa legalia ad tumulum deducta. 3<sup>um</sup> tempus fuit tempus custodiendi ewangelium<sup>374</sup> iam in omnem terram divulgatum, et fuit a fine prioris temporis et durabit vsque in finem mundi. Dixit ergo Beatus Augustinus quod in primo tempore legalia tempora poterant seruari tamquam uia adhuc et salutaria; et si baptismus habuit tunc efficaciam suam, tamen non fuit in praecepto, sed sub consilio. Propter

---

<sup>367</sup> Sic!

<sup>368</sup> Sic!

<sup>369</sup> Reprahensibilis ms.

<sup>370</sup> Reprahendit ms.

<sup>371</sup> Sic!

<sup>372</sup> Sic!

<sup>373</sup> Sc!

<sup>374</sup> Sic!

hoc Dominus in occulto dixit Nicodemo tamquam amico : NISI QUIS RENATUS FUERIT, etcetera (Iohannis 3°). Et in eodem primo tempore sub indifferentia currebat<sup>375</sup> baptismus et circumcisio et quodlibet suffecit ad salutem. Dicit enim Scotus quod tunc Iudeo profuit circumcidi si voluit : non enim tunc fuit reuocata circumcisio quantum ad vtile aut quantum ad licitum. Licuit etiam sibi, ymo<sup>376</sup> tunc laudabile fuit baptizari<sup>377</sup>. In secundo etiam tempore poterint legalia seruari ab hys<sup>378</sup> etiam qui audiuerunt ewangelium<sup>379</sup> et etiam maxime a Iudeis conuersis et hoc propter honestatem, quia mater synagoga, ut praeuius dictum fuit, erat cum honore ad sepulchrum deducenda et non subito, ut ydolatria abicienda. Poterant etiam eodem tempore seruari propter proximi infirmitatem, scilicet ut Iudei qui magnum habebant<sup>380</sup> zelum

f. 26 rb

Legis non reuocarentur a fide si nulli licuisset ea pro tempore obseruare. 3° vero tempore nullo modo sunt seruanda, quia sunt seruantibus nunc mortifera. Si enim quis aliquod legalium seruaret tamquam vim habens ex Veteri Lege, ille iudaizaret<sup>381</sup> et grauiter peccaret, ymo<sup>382</sup> esset perniciosus error quia per talia significaret Christum venturum esse : ad hoc enim significandum in Veteri Lege instituta erant. Hoc esset ita perniciosus error, sicut si vero confiteretur Christum adhuc esse venturum aut passionis. Consequenter dicit Augustinus quod tam Petrus quam Paulus in secundo tempore seruauit legalia, non solum propter scandalum proximi vitandum, sed etiam ad honorem debitum matri, scilicet ipsi synagoge impendendum et vterque veraciter, non simulatorie. Et quod Petrus non simulatorie, sed veraciter est a Paulo reprehensus<sup>383</sup> non propter hoc, quod legalia seruauit, sed propter hoc, quod gentiles suo<sup>384</sup> exemplo iudaizare<sup>385</sup> cogeant, vnde circa hoc est notandum quod nunciy<sup>386</sup> de qualibus loquitur apostolus in auctoritate praemissa - scilicet *Ad Galathas*<sup>387</sup> 2° - qui venerant a beato Iacobo minore episcopo hierosolimitano<sup>388</sup> fuerunt Iudei conuersi. Et licet essent nomine Christiani erant tamen - ut dicit

---

<sup>375</sup> Curebat ms.

<sup>376</sup> Sic!

<sup>377</sup> Baptisari ms.

<sup>378</sup> Sic!

<sup>379</sup> Sic!

<sup>380</sup> Habebant emend. ms.

<sup>381</sup> Iudaisaret ms.

<sup>382</sup> Sic!

<sup>383</sup> Repraehensus ms.

<sup>384</sup> Suo *it.* ms.

<sup>385</sup> Iudaisare me.

<sup>386</sup> Sic!

<sup>387</sup> Gallathas ms.

<sup>388</sup> Ierosolimitano ms.

Ambrosius - emulatores Legis et eque<sup>389</sup> uere Christum et Legem venerabantur. Et beatus Petrus non timens cibos, sed timens eos - scilicet dictos conuersos ex Iudeis - non instituit se conuersis ex gentibus, nec quo vtebatur eis ut praeuius in cibis et potibus per hoc simulans se quasi idem ad istis qui ex circumcisione

f. 26 va

venerant sentire, scilicet quod essent legalia seruanda et non esset vtendum communibus cibis, id est cibus in Lege prohibitis. Et hoc fecit ne ipsi quasi infirmi in fide scandalizarentur<sup>390</sup>, sed ut paulatim in fide nutrentur et instruerentur. Et hoc fuit in beato Petro reprehensibile<sup>391</sup> eo, quod suo exemplo dabat occasionem gentibus seruandi Legem et quasi ostendit facto quod illud necessarium esset, quando tamen fuisset difficile gentibus praeuius de huiusmodi insuetis<sup>392</sup> et forte dedisset impedimentum aliquorum conuersorum. Propter hoc Paulus, qui fuit apostolus gentium, eum reprehendit<sup>393</sup>; fuit etiam - ut videtur - hoc factum Petri reprehensibile<sup>394</sup> ex hoc, quod non vtebatur auctoritate praelati. Cum enim esset superior illis nunciis<sup>395</sup> Iacobi, magis debuisset ipse veritatem constanter tenere<sup>396</sup> in opere et eos adducere ad rectitudinem suam quam propter timorem eorum flecti ad illud quod erat eis placitum, uel magis acceptum. Et talis remissio praelati est pro tempore reprehensibilis<sup>397</sup> et ideo a Paulo in beato Petro reprehendebatur<sup>398</sup> non simulatorie, sed vere, ut dicit beatus Augustinus. Et quia beatus Augustinus sanctus et sapiens doctor verbis beati Hieronimi<sup>399</sup> addidit, nec mirum si posteriores prioribus addunt, ymo<sup>400</sup> dicit Bonauentura quod Hieronimo<sup>401</sup> illud addendum et corrigendum. Augustinus tradidit, et ideo modo dicendi beati Augustini tamquam sufficientiori adherent doctores communiter. Et dicit communiter Bonauentura quod Petrus et Paulus idem senserunt; in hac restet quod pro tunc legalia praedicto modo

. 26 vb

---

<sup>389</sup> Equo ms.

<sup>390</sup> Scandalisarentur ms.

<sup>391391</sup> Repraehensibile ms.

<sup>392</sup> Sic!

<sup>393393</sup> Repraehendit ms.

<sup>394</sup> Repraehensibile ms.

<sup>395</sup> Sic!

<sup>396</sup> Tenuisse ms.

<sup>397</sup> Reprahensibilis ms.

<sup>398</sup> Reprahendebatur ms.

<sup>399</sup> Ieronimi ms.

<sup>400</sup> Sic!

<sup>401</sup> Ieronimus ms.

seruari poterant. Et tamen Petrus iuste reprehensus<sup>402</sup> est a Paulo non pro eo, quod legalia seruauit, sed quia aliquantulum incaute seruauit et ille defectus circumspectionis in eo fuit leuis culpa. Et sic Petrus reprehensibilis<sup>403</sup>, id est dignus reprehendi<sup>404</sup> et vtilis, quia ad veritatem ewangely<sup>405</sup> non ambulat, id est non vsquequaque quia ex hoc veritas conculcabatur. Et Paulus bene fecit et vtiliter qui coram omnibus eum reprehendit<sup>406</sup>, ut omnes Petri obiurgatione ab illo errore sanarentur. Ad argumenta ante opposita<sup>407</sup> ad primum dicit sanctus Thomas et aly<sup>408</sup> doctores, et dicunt primo quod circumcisio fuit in fedus eternum, non quo ad seipsam, sed quo ad significatum : significabat enim circumcisionem omnis corrupcionis ab electis et hoc in generali resurrectione<sup>409</sup>, ut dicit Magister in littera. Et illud significatum, scilicet huiusmodi circumcisio electorum a bonum malo erit eterna, quia amplius in eternum nichil mali poterunt pati. Secundo dicunt quod eternum in textu praeallegato non capitur proprie, prout dicit aliquid quod numquam habebit finem, sed accipitur pro seculo, scilicet pro tempore quod habet quidem finem, sed non est nobis determinatus talis finis quod patet, quia in eadem auctoritate dicitur quod dabit eis terram promissionis in possessionem sempiternam. Et notum est quod terram eandem Iudei non possident et diu non possiderunt, et ergo dicitur hic ‘eternum’ illud cuius finis non determinatur. Et sic etiam sacerdocium Aaron dicitur in Scriptura ‘eternum’,

f. 27 ra

quia Dominus in Scriptura nullibi determinat tempus cessationis eius. Eandem sententiam tradit Nicolaus de Lira in quodam libello quod fecit contra quendam Iudeum veritatis ewangelice omnino ignarum et qui tamen ex verbis Ewangely<sup>410</sup> beati Mathei nititur auctoritatem Ewangely<sup>411</sup> impugnare. Nam, loquens ibidem de obseruantia sabbati<sup>412</sup>, dicit quod Exodi 31<sup>o</sup>, vbi nos habemus PACTUM EST SEMPITERNUM, in Hebreo habetur PACTUM EST BEOLAM, id est ‘in seculum’, quod non significat ‘sempiternum’, sed ‘tempus longum communiter acceptum’. Vnde Ieremie 2<sup>o</sup> dicitur : A SECULO CONFREGISTI IUGUM MEUM, id est ab antiquo tempore, non ab eterno quia non ab eterno fuerunt, nec ab eterno habuerunt Legem ipsi Iudei. Et in Hebreo habetur BEOLAM CONFREGISTI, id est ‘a seculo’. Aliquando etiam accipitur *seculum* pro

---

<sup>402</sup> Reprahensus ms.

<sup>403</sup> Reprahensibilis ms.

<sup>404</sup> Reprahendi ms.

<sup>405</sup> Sic!

<sup>406</sup> Reprahendit ms.

<sup>407</sup> Oppositum ms.

<sup>408</sup> Sic!

<sup>409</sup> Ressurrectione ms.

<sup>410</sup> Sic!

<sup>411</sup> Sic!

<sup>412</sup> Sabati ms.

‘tempore satis breui’, sicut Dewteronomy<sup>413</sup> capitulo 15° dicitur: PERFORABIS AURUM EIUS IN IANUAM DOMUS TUE, ET ERIT TIBI SERVUS BEOLAM, id est *in seculum*. Et hoc poterat esse longum uel breue. 2<sup>m</sup>, quod multum adhuc<sup>414</sup> restabat, uel modicum de tempore vsque ad iubileum. Ex hoc infert Nicolaus de Lira quod qui ex hac dictione hebraica *beolam*<sup>415</sup> trastulerunt ‘eternum’ uel ‘sempiternum’. Incaute in hoc egerunt, quia dederunt simplicioribus occasionem errandi circa obseruationem

f. 27 rb

sabbati<sup>416</sup> et circumcisionis, sed debuisset trastulisse *in seculum*, id est in tempus cuius<sup>417</sup> tamen finis non fuit, a Deo determinatus in circumcisionis aut aliorum institutione. Patet ergo ex dictis quod Deus dedit circumcisionem et obseruationem sabbati<sup>418</sup>, etcetera, cerimonialia Veteris Legis non in fedus eternum, sed temporali solum, scilicet vsque ad tempus Noue Legi, quam etiam se daturum promisit per prophetas. Vnde Ieremie 31° dicitur : ECCE DIES VENIUNT, scilicet tempus Noui Testamenti ET ETIAM DOMUI ISRAHEL ET DOMUI IUDA, id est omnibus confitentibus generaliter et conuersis ex Iudeis specialiter fedus nouum, id est Legem Nouam sew<sup>419</sup> Nouum Testamentum, prout exponit apostolus ad Hebreos 7°. Vbi hunc textum prophete allegat : NON SECUNDUM PACTUM QUOD PEPEGI CUM PATRIBUS VESTRIS, quia illa Lex Vetus fuit timoris, sed Lex Noua amoris IN DIE QUA APPREHENDI<sup>420</sup> MANUM EORUM UT EDUCEREM EOS DE TERRA AEGYPTI<sup>421</sup>. Nam 7° die egressionis eorum de Aegypto<sup>422</sup> data fuit Lex in monte Sinai<sup>423</sup>, id est pactum quod irritum fecerunt, scilicet ipsum multipliciter transgrediendo, ut patet in libris Regum, Iudicum et Paralipomenon<sup>424</sup>. De eadem promissione Noue Legis multa dicit propheta consequenter. Ibidem etiam Ysaia Ysaie 2° capitulo. Ad secundum respondit sanctus Thomas quod principalis significacio ad quam circumcisio instituta est fuit oblacio originalis culpe et etiam effectus eius, hec autem non semper facienda fuit per circumcisionem, et ideo

---

<sup>413</sup> Sic!

<sup>414</sup> Aduc ms.

<sup>415</sup> Olam ms.

<sup>416</sup> Sabati ms.

<sup>417</sup> Cuius *it.* ms.

<sup>418</sup> Sabati ms.

<sup>419</sup> Sic!

<sup>420</sup> Appraehendi ms.

<sup>421</sup> EGIPTI ms.

<sup>422</sup> EGIPTO ms.

<sup>423</sup> Synai ms.

<sup>424</sup> Paralippaminon ms.

f. 27 va

non oportuit quod circumcisio semper remaneret. Alia autem significatio, scilicet ipsius circumcisionis spiritualis cordis, fuit ex consequenti, et istam solam significabat et non causabat. Et ideo secundum illam non oportet accipere iudicium de duratione eius thurificationis, autem significatio numquam fuit ad significandum aliquid ut effectum eius quem causaret. Significabat enim et hodie significat deuotionem, sed non causat, et ideo non est similis ratio; seruatur ergo nunc thurificatio in Ecclesia non quia instituta a Veteri Lege, sed quia ab Ecclesia sic ordinata est et illius auctoritate resumpta. Ad 3<sup>m</sup> dicitur quod Dominus noster impleuit Legem et prophetas, quod patet primo de Lege. Fuerint enim in Lege triplicia praecepta : quaedam erant moralia, ut sunt praecepta Decalogi et alia multa ad ea reducibilia et que faciunt ad illorum declarationem, et ista impleuit Christus ea obseruando perfectissime. Adimpleuit etiam ea ipsa exponendo et sanum eorum intellectionem declarando, ut patet Mathei 5<sup>o</sup> capitulo, et insuper impleuit consimilia eis opponendo que faciunt ad ipsorum mandatorum perfectiorem obseruantiam. Alia praecepta erant Legis iudicialia que ordinabantur ad hoc, ut seruaretur inter homines iusticia et esset<sup>425</sup> eorum ad invicem pacifica cohabitatio, ut fuit oculus pro oculo, dentem pro dente et qui furabatur tenebatur quadru-

f. 27 vb

-plum restituere. Et illa adimplet Dominus et perfectiora fecit per hoc, quod ipsorum rigorem per misericordiam temperauit : commisit enim eorum temperamentum suis ministris, scilicet Ecclesiae praelatis et principibus terrenis catholicis, ut de talibus ordinaret secundum quod viderint prodesse fidelium communitati secundum varietatem locorum et temporum et personarum. Hoc autem non fuit destruere Legem, sed magis adimplere et perficere quia sic ordinauit meliorem modum obseruationis iustitiae, sicut non destruitur puer quando fit vir : licet enim transeat pueritia, tamen remanet melior status eiusdem persone etate mutata. Et dicit Scotus quod nullum iudiciale mandatum Veteris Legis nunc ligat homines, sed licet principalibus constituere aliqua que erant in Veteri Lege, et tunc talia instituta ligant non auctoritate Lege mosaice, sed ligant subditos ex auctoritate principis ea nunc instituentis. 3<sup>a</sup> fuerunt praecepta ceremonialia, et illa impleuit ut patet de circumcissione quam in se suscepit et deinde perfectius, scilicet baptismum loco eius instituit. Similiter impleuit sacrificia Veteris Legis : ista enim omnia erant figuratiua vnius perfecti sacrificij<sup>426</sup>, scilicet Christi necessitate

---

<sup>425</sup> Esse ms.

<sup>426</sup> Sic!

offerendi et ideo Christus illa impleuit vno modo corporaliter paciendo, alio modo loco illorum omnem vnum perfectius et efficacius sacrificium, scilicet Eucaristiam<sup>427</sup>

f. 28 ra

instituendo. Christus etiam impleuit prophetas, quia prophete principaliter locuti sunt de Christo, de adventu eius et de ceteris quae pertinent ad Ipsum. Et ideo prophetas impleuit nascendo, conuersando, in mundo moriendo, resurgendo et alia opera nostrae salutis faciendo, propter quod, inminente sua passione, dixit Luce 18° : OPORTET IMPLERI EA QUE SCRIPTA SUNT IN PROPHETIS DE ME. Sic ergo patet quomodo intelligitur quod Dominus dixit : NON VENI SOLVERE LEGEM, SED IMPLERE. Ad 4<sup>um</sup> dicitur quod non ex mutabilitate praecipientis, sed ex prudenti ipsius dispensatione contingit, quod ipse diuersa praecepta diuersis temporibus accomoda proponit sic in proposito, non ex Dei mutabilitate, sed ex ipsius infinita est sapientia, quod alia praecepit in Veteri Lege et alia nunc, semper tamen ea que eidem tempore erant accomoda. Simile eis habemus in Scripturis Veteris Testamenti : nam a principio humani generis Deus dedit hominibus licentiam comedendi fructus arborum, non autem dedit eis licentiam tunc comedendi carnes aut pisces, ut patet Genesis primo capitulo ; post diluuium vero concessit eis esum carniū et piscium, nullum genus excipiendo. Vnde Genesis 8° dicitur: OMNES PISCES MARIS MANIBUS VESTRIS TRADITI SUNT ET OMNE QUOD MORITUR ET VIVIT ERIT VOBIS IN CIBUM QUASI OLEI VIRENTIA. TRADIDI VOBIS OMNIA EXCEPTO QUOD CARNEM CUM SANGUINE NON COMEDETIS. Posterius autem utputa<sup>428</sup> tempore Moysi prohibuit Iudeos ab esu multorum

f. 28 rb

que eis praeuius concesserat, ut ab esu animalium que non ruminant<sup>429</sup>, que non findunt vngulas et ab esu piscium qui non habent squamas et penulas, etcetera, ut patet Leuitici 11°: IPSE ENIM DEUS SCIT QUID DIVERSIS TEMPORIBUS APTUM SIT ET EXPEDIENS SALUTI GENERIS HUMANI. Ita in proposito Dominus per Abraham et Moysen praecepit Iudeis tunc fidelibus circumcisionem et ceteras cerimonias Legis secundum quod tunc expediebat saluti fidelium, posterius vero, cum ipse factus est homo et est visibiliter inter homines conuersatus, priora mutauit et noua instituit, quae sua infinita sapientia sciuit pro illo tempore magis apta et saluti fidelium suorum magis congrua. Propter quod dicit Augustinus ad Marcellinum : aptum fuit primis temporibus sacrificium quod praeceparat Deus, nunc vero non ita est. Aliud enim praecepit quod huic tempore aptum esset, qui multo magis quam homo nouit quod cuique

---

<sup>427</sup> Sic!

<sup>428</sup> Utputate ms.

<sup>429</sup> Ruminant ms.

tempori accomodate adhibeatur. Oportuit ergo alys<sup>430</sup> sacramentis praenunciari<sup>431</sup> Christum cum ueteris<sup>432</sup> erat et alys<sup>433</sup>, cum uenisset nuntiari nec ex hoc a quoquam credidebat Deum esse mutabilem : sicut enim incorporeus existens creat corporalia, sic inmutabilis<sup>434</sup> existens facit mutabilia. Ad quintum dicit sanctus Thomas quod Dominus ea reuocauit facto quia in re impleuit omnia que illa legalia figurabant, et ergo cum uenit ipsa res debuit cessare umbra et cum uenit ueritas merito cessauit signa. Et ideo in passione sua dixit : CONSUMATUM EST, quasi diceret, omnis Scriptura

f. 28 va

que de me passuro loquitur, et omnis figura modo impleta est in me. Ad 6<sup>m</sup> dicit Sanctus Thomas quod epistula apostolorum non fuit praeceptorum quantum ad hoc, quod abstinere ab ydolaticis et sanguine<sup>435</sup> et suffocato, sed quod<sup>436</sup> ad illa fuit quedam provisio ad conseruandam pacem et communem vitam gentilium et Iudeorum conuersorum. Et ideo fornicationem prohibuerunt tamquam per se malum quod apud<sup>437</sup> gentiles non reputabatur pro peccato, ydolaticum autem prohibuerunt quasi illud quod posset suspicionem ydolatrie adhuc<sup>438</sup> recente<sup>439</sup> de gentilibus generare in cordibus Iudeorum, id est conuersorum ex Iudeis. Sanguinem<sup>440</sup> autem et suffocatum, sicut que Iudei abhominabantur propter disuetudinem<sup>441</sup>, sicut etiam nunc aliquis si uult alys<sup>442</sup> socialiter conuiuere, oportet quod abstineat ab hys<sup>443</sup> que aly<sup>444</sup> abhominabantur iam ad sacramenta Noue Legis. Postquam Magister egit de sacramentis in communi<sup>445</sup>, descendit nunc ad sacramenta Noue Legis, de quibus est principalis sua intentio. Et diuiditur in duas partes: primo praemittit quedam que praexiguuntur ad sacramenta Noue Legis. 2<sup>o</sup> prosequitur de eis in speciali, et hoc in duas. 3<sup>a</sup> scilicet ibi post hoc uidentum est prima in duas, quia primo praemittit quedam generalia circa sacramenta Noue Legis. 3<sup>o</sup>

---

<sup>430</sup> Sic!

<sup>431</sup> Praenunciari ms.

<sup>432</sup> Veterus ms.

<sup>433</sup> Sic!

<sup>434</sup> Inmutabis ms.

<sup>435</sup> Sic!

<sup>436</sup> Quo ms.

<sup>437</sup> Aput ms.

<sup>438</sup> Aduc ms.

<sup>439</sup> Retente ms.

<sup>440</sup> Sic!

<sup>441</sup> Sic!

<sup>442</sup> Sic!

<sup>443</sup> Sic!

<sup>444</sup> Sic!

<sup>445</sup> Sic!

determinant de baptismo Iohannis qui fuit quedam praeparatio ad Christi verum baptismum. 2<sup>a</sup> ibi, nunc autem de baptismo

f. 28 vb

circa primum queritur **utrum tantum sint septem sacramenta Noue Legis a Christo Domino instituta**. Arguitur quod non sint septem, sed pauciora. Primo sic : quod potest fieri per vnum non debet fieri per plura, sed per baptismum possent tolli et tolluntur omnia peccata; igitur non oportuit contra culpam aliquod aliud sacramentum ordinari et sic non fuit necessarium penitentia. Secundo arguitur quod debeant esse plura quam septem, quia quandoque illud quod datur in remedium peccati est sacramentum, sed aqua benedicta est huiusmodi, quia per eam venialia tolluntur, igitur est sacramentum. 3<sup>o</sup> oblationes et decime in lege naturae erant sacramenta secundum Hugonem. Cum ergo modo sunt etiam oblationes et decime, videtur quod sunt sacramenta et sic essent plura quam septem, quare quaestio falsa. Quarto arguitur quod non sint omnia a Christo instituta quia de confirmatione et extrema vnctione non legitur Dominum aliquid dixisse. Et ista tamen sunt sacramenta Noue Legis, igitur non omnia sunt a Christo instituta quia de confirmatione et extrema vnctione non legitur Dominum aliquid dixisse. Et ista tamen sunt sacramenta Noue Legis, igitur non omnia sunt a Christo instituta. In oppositum arguitur et primo quod sint septem et solum septem sacramenta Noue Legis : patet per Magistrum in littera, qui<sup>446</sup> ea enumerat et patet per communem vsum et per auctoritatem Ecclesiae. 2<sup>o</sup>, quod omnia sunt a Christo instituta patet quia sacramenta Noue Legis habent efficaciam suam ex institutione, sed ipsorum efficacia non est nisi a Deo, ut dictum est praeuius, igitur et ipsorum institutio solum est a Deo et a nullo puro homine esse potuit. Oportuit rememorari eorum quae superius dicta sunt de diffinitione sacramenti Noue Legis :

f. 29 ra

dicebatur enim quod sacramentum Noue Legis, quod est sacramentum tantum, est res sensibilis in sensibilem effectum gratuitum ex Dei speciali institutione, significans et causans eundem effectum quem figurat. Isto modo loquendo de sacramento Noue Legis est conclusio prima, quod solum septem sunt sacramenta Noue Legis inter se specie distincta: patet conclusio manifeste ex auctoritate Ecclesiae vniuersalis et omnium doctorum. Sed quare sint instituta in numero septenario, dicunt quidam quod, quia hic sacramenta sunt instituta in remedium contra defectus animarum nostrarum, propter hoc enim dicuntur vasa medicinalia. Sed sunt septem in genere defectus animarum, et ideo septem sunt instituta sacramenta : sunt enim tres defectus

---

<sup>446</sup> Quo ms.

culpabiles, scilicet quorum quaelibet est culpa. Primus est originale peccatum contra quod institutus est baptismus. Secundus defectus est peccatum actuale mortale, contra quod instituta est penitencia. 3<sup>us</sup> est actuale veniale, contra quod instituta est vnctio extrema. Aly<sup>447</sup> quatuor defectus sunt penales et sunt pene peccatorum, et primus est infirmitas agendorum contra quam est confirmacio, secundus est ignorancia contra quem est ordo coordinatus docere et docere potest, 3<sup>us</sup> est concupiscentia noxiorum quantum ad carnalia contra quod est matrimonium, Quar<sup>tus</sup> est concupiscentia terrenorum siue oculorum et superbia oculorum et superbia vite contra quem est Ewcaristia<sup>448</sup>, vbi agitur de humiliacionis Christi memoria, et memoria ardentissime caritatis eius ad nos. Alio modo 2<sup>m</sup> Petrum

f. 29 rb

Aureoli sumitur sufficientia sacramentorum penes ea que necessario requiruntur ad bone esse legis alicuius aut secte. Cum enim latria et Dei cultus sit de lege naturae oportet aliquid esse quod Deo offeremus in nostra Lege, et hoc est sacrum Ewcaristiae<sup>449</sup>, quomodo enim possit esse salutarior et placibilior oblacio. 2<sup>o</sup> quia propter reuerentiam huius oblacionis oportet esse ministros ad haec deputatos et consecratos, et sic est sacramentum ordinis. 3<sup>o</sup> oportet aliquid esse per quod homines huius Legis et distingwentur<sup>450</sup> a non talibus, et hoc est baptismus. 4<sup>o</sup>, quia oportet pugnantes pro Lege confortari potissime si sunt in loco periculi, et hoc est sacramentum confirmationis vbi datur spiritus ad robur, quia necessarium est in praesentibus temptacionibus fidelium et maxime fuit necessarium in primitiuae Ecclesiae tempore persecutionem. Hoc oportet in qualibet lege fieri propagationem et crementum per homines eiusdem legis qui maxime sunt, scilicet invicem fideles : et ideo est sacramentum matrimony<sup>451</sup>. Sexto, in qualibet lege debet esse via reconciliandi reos et quomodo ad hoc est sacramentum penitentie. Septimo est aliquid speciale in Lege nostra, scilicet quod Ecclesia militans ordinatur ad triumphantem, et quod hic existentes sunt illic intraturi, et ideo indigent salubri conductu quod fit per extremam vnctionem. 3<sup>o</sup> - secundum Scotum datur congruencia institucionis sacramentorum in numero septenario. Dicit enim : sicut in vita naturali primum est generacio hominis, deinde sequitur

f. 29 va

---

<sup>447</sup> Sic!

<sup>448</sup> Sic!

<sup>449</sup> Sic!

<sup>450</sup> Distigwentur ms.

<sup>451</sup> Sic!

nutricio eius, 3° corroboracio, 4° sanitatis deperdite recuperacio, et haec<sup>452</sup> quatuor pertinent ad quamlibet personam singularem que perduci debet sic ad perfectionem vite naturalis - praeter hec requiritur aliquid pertinens communitatem quo aliud constituatur in gradu ad exercendum aliquod actum communitati necessarium - ita in vita spirituali oportet esse adiutorium aliquod pertinens ad spiritualem generationem. Et illud est sacramentum baptismi per quod regeneratur : regeneramur ad vitam qua confert baptismus. 2° aliquid pertinens ad nutricionem, et hoc est Ewcaristia<sup>453</sup> qua nutritur, conseruatur in homine gratia praehabita. 3° oportet esse aliquid adiutorium pertinens ad roboracionem, et hoc est sacramentum confirmacionis. 4° aliquid pertinens ad reparacionem post lapsum : et hoc est penitencia per quam homo lapsus in peccatum et deperdita vita gratiae reparatur ad vitam. Et praeter hec 5<sup>to</sup> requiritur aliquid quo exiens finaliter praeparetur, quia vita illa spiritualis est quedam via ordinans vt in ea bene et recte viuens de ipsa sine impedimento transeat ad perpetuam : et hoc est extrema vnctio. Et hec quinque requiruntur tamquam adiutoria necessaria cuilibet persone Christiane ad bonum, autem commentatis obseruantis hanc legem requiritur eis multiplicatio carnalis, quia illam praesupponit bonum spirituale sicut gratia praesupponit naturam. Et quo ad hoc institutum est matrimonium : requiritur etiam multiplicacio spiritualis

f. 29 vb

aliquorum in Lege, et ad hoc ordinatus est ordo. Sic ergo patet quomodo congruum fuit obseruantibus legem ewangelicam<sup>454</sup> instituere septem sacramenta que essent septem adiutoria in quibus esset perfectio sufficiens ad omnia necessaria pro obseruancia legis Christiana. Secunda conclusio docuit Christum Dominum suam legem ewangelicam<sup>455</sup> hys<sup>456</sup> sacramentis perfectissimis adornare. Declarat Scotus sic, quia lex Christi ewangelica<sup>457</sup> est perfectissima lex quam sancta Trinitas disposuit dare hominibus pro statu huius vie, igitur competebat ut homines in statu istius perfectissime legis praepararentur<sup>458</sup> ad gratiam perfectissimis adiutorys<sup>459</sup> cuiusmodi sunt illa perfectissima sacramenta. Antecedens, scilicet quod lex ewangelica<sup>460</sup> sit perfectissima probatur quia est vltima 2<sup>m</sup> illud Mathei 26° Noui et eterni Testamenti, id est post

---

<sup>452</sup> Hoc ms.

<sup>453</sup> Sic!

<sup>454</sup> Sic!

<sup>455</sup> Sic!

<sup>456</sup> Sic!

<sup>457</sup> Sic!

<sup>458</sup> Praeparetur ms.

<sup>459</sup> Sic!

<sup>460</sup> Sic!

quod<sup>461</sup> nullum aliud est futurum in processu, autem ab imperfecto ad perfectum posteriora sunt perfectiora. 2° probatur conclusio, quia perfectissima causa meritoria gratiae quam sancta Trinitas disposuit dari humano generi fuit Christus complens cursum suum in hac vita nobiscum. Igitur dignum fuit quod pro tempore Legis eius darentur eidem humano generi pro merito Christi perfectissima adiutoria ad gratiam consequendam, et illa sunt ad septem sacramenta. Item consequitur : causa meritoria exhibita plus impetrat quam solum permissa, igitur per passionem Christi exhibitam<sup>462</sup> et consumatam tempore Legis Noue congruum fuit maxima adiutoria conferri

f. 30 ra

hominibus ad gratiam pro tempore istius Legis seruande igitur, etcetera. Tertia conclusio : omnia sacramenta Noue Legis sunt a Christo Deo instituta, pro quo notandum quod, ut recitat sanctus Thomas, fuit aliquorum opinio quod non omnia sacramenta Noue Legis fuissent a Christo immediate<sup>463</sup> instituta. Sed quod quedam per se instituta, quedam vero apostolis instituenda commisit, scilicet confirmationem in qua Spiritus sanctus datur ad robur, cuius institutio non debuit esse ante Christi ascensionem et Spiritus sancti plenariam missionem - que primo plenarie facta est in die Penthecostes - et extremam vnctionem, que ad gloriam resurrectionis sit immediatum<sup>464</sup> et proximum preparatorium<sup>465</sup>, non debuit ante resurrectionem Christi institui. Ita dicebant isti, sed quia institutio sacramentorum uidetur ad potestatis plenitudinem in sacramentis pertinere, quam potestatem Christus sibi reseruauit in sacramentis, et ideo S<anctus> T<homas> et Scotus et alij<sup>466</sup> dicunt quod sicut hominis puri non est sacramenta mutare uel a sacramentis absoluere, ita nec noua sacramenta instituere. Et ideo dicunt communiter quod Christus deus et homo omnia sacramenta Noue Legis per se instituit, ut dicit conclusio illa tertia, quod declarat Scotus hic breuiter quia de singulis patebit plenius in locis eorum proprijs<sup>467</sup>. Patet igitur de baptismo quod fuit a Christo institutus ante passionem, quia Iohannis 3° dixit Nicodemo : NISI QUIS

f. 30 rb

---

<sup>461</sup> Punteggiato.

<sup>462</sup> Exhibituram ms.

<sup>463</sup> Inmediate ms.

<sup>464</sup> Inmediatum ms.

<sup>465</sup> Preparatorium ms.

<sup>466</sup> Sic!

<sup>467</sup> Sic!

RENATUS FUERIT EX AQUA ET SPIRITU, etcetera. Et discipuli eius baptizabant<sup>468</sup>, ut patet Iohannis 3°. Et in sua ascensione praecepit ut publice praedicaretur et exerceretur Mathei vltimo: EUNTES, DOCETE OMNES GENTES BAPTIZANTES<sup>469</sup> EOS. De Eucaristia patet praedicatio eius diffusa per Christum Iohannis 6° et institutio eis in ultima cena patet Mathei 26°. De confirmatione patet institutio eius Iohannis 20°, cum dixit: ACCIPITE SPIRITUM SANCTUM, etcetera. Vel, in Penthecostes festo Actuum I°. De penitentia dicunt aliqui quod fuit instituta Jacobi 5°: CONFITEMINI ALTERUTRUM PECCATA VESTRA. Sed hoc non videtur probabile, ut dicit Scotus ex iam processu litterae, quia sequitur in littera: ET ORATE PRO INVICEM. Manifestum est autem quod per illa sequentia<sup>470</sup> verba non voluit aliquod sacramentum instituere nec promulgare, nec etiam erat apud Iacobum auctoritas<sup>471</sup> instituendi sacramentum aliquod, ut dictum fuit. Dicitur ergo quod institutum est Iohannis 20°, cum Dominus dixit discipulis: ACCIPITE SPIRITUM SANCTUM. QUORUM REMISERITIS PECCATA, etcetera. Et fuit promissum Mathei 16° : TIBI DABO CLAVES REGNI CELORUM : QUODCUMQUE LIGAVERIS SUPER TERRAM ERIT LIGATUM ET IN CELIS, etcetera. Ista enim potestas non erat principaliter dimittendi peccata - quod est proprium Dei - sed arbitrandi de dimissione peccati. Arbitror approbando a Deo, sic autem arbitrari est in foro penitentiae soluere et ligare. De extrema vnctione dicunt aliqui quod instituta sit Iacobi 5°, vbi dicitur: INFIRMATUR QUIS IN VOBIS INDUTA PRAESBYTEROS<sup>472</sup> ECCLESIAE

f. 30 va

ET ORENT SUPER EUM VNGENTES CUM OLEO IN NOMINE DOMINI, etcetera. Sed licet ibi promulgauerit illud sacramentum, melius est tamen dicere quod fuerit a Christo institutum, vnde Marci 6° capitulo dicitur: QUIA APOSTOLI VNGEBANT MULTOS INFIRMOS ET SANABANT. Constat autem quod hoc non fecerunt nec virtute Christi et eius auctoritate qui instituit talem vnctionem virtuosam. De matrimonio patet Mathei 19°, vbi Christus ait : LEGISTIS QUIA MASCULUM ET FEMINAM FECIT EOS. Supple Deus et dixit: SUPPLE PER OS ADAM, QUAMOBREM RELINQUET HOMO PATREM ET MATREM, ET ADHEREBIT UXORI SUE, etcetera. Et postea subdit : QUOS ERGO DEUS CONIUNXIT HOMO NON SEPARARET, vbi Christus Dominus approbat et ratificat de matrimonio, quod sancta Trinitas a principio, scilicet in statu innocentie publicat. De ordine dicitur Mathei 26° : HOC FACITE IN MEAM COMMEMORATIONEM, et

---

<sup>468</sup> Baptizabant ms.

<sup>469</sup> BAPTISANTES ms.

<sup>470</sup> Senquentia ms.

<sup>471</sup> Auctoritas emend. ms.

<sup>472</sup> Praespiteros ms.

Iohannis 20° : QUORUM REMISERITIS PECCATA REMITTUNTUR EIS. Hec enim duo pertinent ad ordinem sacerdotalem, scilicet potestas respectu veri corporis Christi et potestas respectu corporis Christi mistici, id est Ecclesiae, ut dicitur inferius cum agetur de sacramento ordinis. Et sic Christus instituens sacramentum Ewcaristiae<sup>473</sup> et sacramentum penitencie instituit etiam sacramentum ordinis sacerdotalis et dedit sacerdotibus potestatem consecrandi corpus suum verum, et dedit eis<sup>474</sup> potestatem in foro penitentie super corpus suum mysticum, ex quibus patet quod Christus Dominus illa septem sacramenta Noue Legis per se omnia

f. 30 vb

instituit. Omnia eis sacramenta aliquo modo in Christi passione instituta mystice apparuerunt : baptismus in aqua que fluxit de latere eius, confirmatio in sanguine<sup>475</sup> ante corporis examinationem quo roboramur ut eius fidem teneamus - ut dicit Augustinus super Iohannem - Ewcaristia<sup>476</sup> in toto corpore, uel etiam in tota eius persona que fuit Deo hostia. Ipse enim Dominus idem fuit sacerdos et hostia secundum Augustinum 4° *De Trinitate*, penitentia in confessione latronis et in eius penitentia iuxta summum sacerdotem Christi, ordo quia tunc Dominus exercuit summum sacerdotium<sup>477</sup> actum offerendo se ipsum hostiam Deo Patri. Ipse enim idem - ut dictum est - fuit sacerdos offerens et hostia oblata, matrimonium quia necessitate secundum Ecclesiam copulauit, extrema vnctio in corporis eius vnctio in sepulchro aut melius per sanguinem<sup>478</sup> linientem de corpore mortuo eius manantem. Ex hys<sup>479</sup> ergo patet quod omnia sacramenta Noue Legis sunt a Christo Domino instituta, et sicut sunt ab Eo instituta, ita etiam ab Eo habent suam efficaciam, ut dictum fuit praeuius. Nam Christus Dominus, secundum quod Deus, ipse est causa principalis efficacie eorum, et secundum quod homo est causa eiusdem efficacie eorum meritoria, quia, ut dicit Scotus, cum homo per culpam factus fuisset Dei inimicus, disposuit Deus non remittere illam culpam neque dare hominibus aliquod adiutorium ad talem remissionem siue ad beatitudinis consecutionem, nec per aliquod. Et proponitur secundum aliquod oblatum quod gracios acceptaret quam

f. 31 ra

---

<sup>473</sup> Sic!

<sup>474</sup> Eis it. ms.

<sup>475</sup> Sic!

<sup>476</sup> Sic!

<sup>477</sup> Sic!

<sup>478</sup> Sic!

<sup>479</sup> Sic!

illa offensa esset sibi displicens uel ingrata, nichil autem potest inueniri quod sit graciosius Trinitati quam offensa humani generis fuit displicens, scilicet ut illud fit aliquod obsequium persone magis dilecte Trinitati quam tota communitas homini que offenderat fuerat aut<sup>480</sup> debuerat esse cara si non offendisset. Talem autem personam sic Deo dilectam non potuit humanum genus habere ex se, quia totum fuit Deo offensum et inimicum de vna massa perdicionis. Procedens ergo Trinitas misericorditer disposuit vnam personam sic Ei dilectam dare humano generi, ac ipsam eandem personam ad hoc inclinare ut ipsa offerret Trinitati obsequium pro toto humano genere. Illa persona est Christus Dominus cui secundum humanitatem dedit Deus non ad mensuram spiritum caritatis et gratiae (Iohannis 3°). Tale autem obsequium est illud quod se sponte obtulit in mortem pro iustitia et pro salute hominum; recte ergo Trinitas nullum adiutorium pertinens ad salutem contulit homini viatori nisi in virtute oblationis Christi necessitate facte a persona dignissima, quia a Christo Deo et homine et ex maxima obediencia et caritate et ita ut ergo passio Christi fuit causa meritoria respectu boni meritory<sup>481</sup> collati hominibus viatoribus, quia quidquid de adiutory<sup>482</sup> disponentibus ad gratiae collationem et peccati remissionem et ad beatitudinis adeptionem collatum est tempore suo antiquis

f. 31 rb

iustis, qui fuerunt ante Christi aduentum. Totum est eis collatum in virtute passionis Christi a Deo tunc prouise et ab ipsis fidelibus eiusdem temporis praecrediti uel exhibendi, efficacia vero sacramentorum nostrorum et adiutoria ad gratiam obtinendam et vniuersaliter quidquid ad salutem pertinens nunc confertur nobis. Hoc totum confertur propter passionem Christi nunc exhibitam et a nobis creditam uel exhibitam. Ex hys<sup>483</sup> consequenter patet quomodo in exhibicione talium adiutoriorum et remediorum et quorumcumque bonorum humano generi ad salutem necessariorum concurrunt misericordia et iustitia. Maxime enim misericordie est homini inimico talia bona conferre, sed etiam maxime iustitiae est propter obsequium tam gratum et a persona tam dilecta exhibita tantum remedium conferre illis pro quibus talis persona illud obsequium obtulit : iustum enim est obsequium persone tam dilecte acceptare pro illo pro quo offert obsequium. Diceret aliquis quod illorum sacramentorum est dignius et efficacius; responderetur quod vnum eorum excedit alia in vno et excedetur in alio et sic idem sacramentum est excedens et excessum secundum diuersos respectus. Nam baptismus excedit alia ratione

---

<sup>480</sup> Aut emend. ms.

<sup>481</sup> Sic!

<sup>482</sup> Sic!

<sup>483</sup> Sic!

efficacie, quia tollit omnem culpam et omnem penam pro culpis debitam. Eucaristia<sup>484</sup> excedit ratione continencie : continet enim substancialiter et realiter Christum Dominum

f. 31 va

fontem gratiarum et totius boni. Confirmatio excedit alia ratione causa conferentis<sup>485</sup>, quia a digniori confertur, scilicet ab episcopo. Similiter ordo excedit ratione conferentis et etiam excedit ratione dignificati, id est ipsius ordinati qui per hoc ad gradum altiore in Ecclesia reponitur. Matrimonium excedit ratione significationis quia significat quedam maxima, scilicet coniunctionem<sup>486</sup> Christi cum Ecclesia et significat coniunctionem naturae diuinae et naturae humanae in persona Christi. Ad argumenta ante opposita<sup>487</sup> ad primum dicit S<anctu> T<homas> quod baptismus est sacramentum intrancium, quia facit hominem primo participem redemptionis per Christum facte, consepeliens eum in similitudinem mortis Christi. Et ideo non potest baptismus iterari sicut nec passio Christi, licet ergo baptismus deleat omnem culpam, et actuaalem et originale. Tamen, quia non potest iterari - et peccata actualia iterantur - ideo oportuit contra peccatum actuale aliud remedium adhiberi per quod tolli posset, et illud est sacramentum penitentiae. Secundum dicit S<anctus> Thomas quod aqua benedicta non est sacramentum, sed est sacramentale quoddam quia disponens ad sacramenta. Non enim ordinatur directe ad remedium praestandum nec est institutum ad gratiam conferendam, sed ordinatur ad remouendum prohibens gratiam et remedia animae : datur enim contra temptationes et nequitias demonum et contra venialia et contra talia que effectum sacramentorum

f. 31 vb

impedire possunt, de quo dicetur posterius loco suo. Ad 3<sup>um</sup> respondet S<anctus> T<homas> quod decimae et oblationes erant sacramenta in Veteri Lege, in quantum erant figurales : solum figurabant enim et significabant ea quae tunc futura erant in Noua Lege, ut dictum fuit superius et quantum adhuc non manent modo. Sed nunc manent solum in quantum morales et de Lege necessarie, in quantum ad vsum ministrorum et pauperum sustentationem sunt deputata<sup>488</sup>, et ideo nunc non sunt sacramenta. Ad 4<sup>um</sup> dictum est quod Dominus confirmationem instituit Iohannis 20°, uel etiam in die Penthecostes cum fideles illi induebantur virtute ex alto, uel etiam

---

<sup>484</sup> Sic!

<sup>485</sup> Conferentis ms.

<sup>486</sup> Coniuntom ms.

<sup>487</sup> Oppositum ms.

<sup>488</sup> Deputati ms.

eam instituit cum pueris, scilicet paternitatis manus imposuit ; extremam unctionem instituit cum - discipulos ad praedicandum mittens - oleo eos unguere disposuit egros ut<sup>489</sup> sanarentur. Circa litteram notandum quod Magister in primo capitulo enumerat septem sacramenta Noue Legis et post hoc dicit quorum alia in remedium. Contra hoc arguitur quia - ut dictum est praeius - omnia sacramenta Noue Legis sunt in remedium et conferunt gratiam igitur. Illa distinctio Magistri nulla est : respondet S<anctus> T<homas> dicens quod illa distinctio sacramentorum fuit secundum illud ad quod sacramenta principaliter ordinantur, quamuis ergo omnia conferant gratiam ratione operis operati et aliquo modo sunt in remedium. Quedam tamen principaliter sunt ordinata in remedium contra aliquod speciale morbum, ut matrimonium contra concupiscentiam, quedam vero principaliter

f. 32 ra

et de primaria intentione sunt ordinata in remedium morbi et simul ad gratiam conferendam, sicut baptismus qui est illa spiritualis regeneratio per quam vetus homo corrumpitur per destructionem peccatorum et nouus homo generatur per collationem gratiae que est vita animae. Quedam autem sunt que supponunt gratiam instrumentem<sup>490</sup> et illa ordinantur ad gratiae collationem, ut Eucharistia<sup>491</sup>, et sicut sunt verba Magistri intelligenda. Circa sequentem textum videtur quod sacramenta Noue Legis debuerint institui a principio mundi statim post lapsum hominis in peccatum, quod fidelis medicus statim applicat infirmo efficaciorum medicinam ne infirmus diu laboret infirmitate et ne forte in ea periclitetur<sup>492</sup>. Cum ergo sacramenta Noue Legis sint efficacissime medicine contra morbos animarum nostrarum videtur quod debebant institui statim post lapsum hominis in peccatum igitur, etcetera. Respondet secundum Magistrum in littera quod, quia sacramenta Noue Legis sunt plena, quia continent gratiam 2<sup>m</sup> modum superius declaratum, ideo debuerunt institui tempore plenitudinis, et hoc est tempus incarnationis Christi qui in suo adventu gratiam mundo attulit. 2<sup>m</sup> illud Iohannes 3<sup>o</sup> : GRATIA ET VERITAS PER IHESUM CHRISTUM FACTA EST. Et ideo non ante Christi adventum, sed post institui debuerunt : ipse enim est verus medicus animarum nostrarum et ergo congruum fuit,

f. 32 rb

ut ipse praeius existens in hoc mundo ordinaret et institueret medicinas homini egroto, scilicet ipsa sacramenta. Ad argumentum dicitur secundum S<anctum> T<homas> quod congruum

---

<sup>489</sup> Vti ms.

<sup>490</sup> Instrumente ms.

<sup>491</sup> Sic!

<sup>492</sup> Perclitetur ms.

fuit ut homo praeuius cognosceret morbuum suum et defectus anime et quod medicinam desideraret et tunc eam primo reciperet. Et ideo fuit congruum ut homo scilicet ipsi derelinqueretur ut sic tempore Legis necessarie infirmum se cognosceret per ignorantiam ad ydolatriam declinando, et deinde tempore Legis scripte que remedium contra ignorantiam praestabat recognosceret se infirmum per concupiscentiam ad peccatum declinando, et sic salutem ab alio expectaret qui viam salutis docuit contra ignorantiam et sacramenta gratie dedit contra infirmitatem concupiscentiae. Vltimo loquitur Magister de institutione coniugy<sup>493</sup>, de quo videndum est posterius cum de matrimonio tractabitur. Tunc vero ad baptismij sacramentum 2<sup>a</sup> pars principalis istius 2<sup>o</sup> distincionis in qua Magister agit de baptismo Iohannis, et habet tres partes. In prima ponit differentiam eius ad baptismum Christi, 2<sup>o</sup> ostendit quasdam ipsius condiciones ibi ad quid ergo, 3<sup>o</sup> determinat de ipso in quantum ad suscipiens ibi hic considerandum. Circa istam partem queritur primo vtrum baptismus Iohannis fuerit sacramentum Noue Legis

f. 32 va

conferens gratiam ratione operis operati. Arguitur quod sic et primo quod fuerit sacramentum Noue Legis quia fuit signum sacrae rei, scilicet baptismi Christi - ut dicit Magister in littera - et habuit circa materiam et circa formam verborum, quia dicitur Actuum 19<sup>o</sup> : BAPTIZABAT<sup>494</sup> IOHANNES DICENS : IN EO QUI VENTURUS EST IGITUR VIDETUR QUOD FUERIT SACRAMENTUM NOVE LEGIS. Secundo arguitur quod conferebat gratiam, quia dicitur Mathei 3<sup>o</sup>: ERAT IOHANNES BAPTIZANS<sup>495</sup> ET PRAEDICANS BAPTISMUM PENITENTIAE IN REMISSIONEM PECCATORUM. Sed illa non fit sine gratia, igitur baptismus ille conferebat gratiam. 3<sup>o</sup> Augustinus dicit contra Donatistas ita : “Credam Iohannem baptizasse<sup>496</sup> in aqua in remissionem peccatorum ut ab eo baptizatis<sup>497</sup> in spe remittentur peccata, sed spes de remissione peccatorum non potest esse nisi per gratiam”. Igitur baptismus ille contulit gratiam. In oppositum arguitur et primo quod non sit sacramentum Noue Legis quia omnia sacramenta Noue Legis sunt a Christo Domino instituta, sed baptismus Iohannis non est a Deo institutus. Igitur maior nota ex dictis minor probatur, quia nullum sacramentum a Deo institutum nominatur a ministro : non enim dicitur ‘baptismus Petri’ aut ‘Pauli’, sed ille baptismus dicitur ‘baptismus Iohannis’. Igitur ipse Iohannes eum instituit igitur, etcetera. Secundo arguitur quod

---

<sup>493</sup> Sic!

<sup>494</sup> BAPTISABAT ms.

<sup>495</sup> BAPTISANS ms.

<sup>496</sup> Baptisasse ms.

<sup>497</sup> Baptizatis ms.

non conferebat gratiam quia gratia non confertur sine Spiritu sancto, sed in baptismo Iohannis non dabatur Spiritus sanctus ipsis baptizatis<sup>498</sup>,

f. 32 vb

vnde Actuum primo dicitur : IOHANNES QUIDEM BAPTIZAVIT<sup>499</sup> AQUA, VOS AUTEM BAPTIZABIMINI<sup>500</sup> SPIRITU SANCTO IGITUR, etcetera. Notandum quod Iohannes fuit praecursor Domini in multis quia ante Eum fuit annuntiatus<sup>501</sup>, et ante Eum fuit natus, et ante Eum fuit mortuus, et ante Eum descendit in limbum Patrum. Similiter ante Eum praedicavit suam praedicationem : ante incepit quam Christus inceperit praedicare, et hoc ideo ut per suam praedicationem populum ad se congregaret et ipsi populo congregato annuntiaret Christum advenisse nunc in mundum per carnis assumptionem et de proximo venturum per sui manifestationem. Et sic etiam ante Christum baptizavit<sup>502</sup> ut per suum baptismum aswefaceret<sup>503</sup> homines ad Christi baptismum suscipiendum. Secundo notandum quod baptismus Iohannis habuit pro materia aquam et pro forma habuit illa verba: EGO TE BAPTIZO<sup>504</sup> IN NOMINE VENTURI. Et per venturum intellexit Christum Dominum qui - licet ante triginta annos in carnem venerit - non tamen adhuc fuit mundo manifestus. Et ergo fuit adhuc in mundum venturus per sui manifestationem ; de hoc ergo baptismo Iohannis querit quaestio utrum fuerit sacramentum. Et pro illo oportet me morari vnius dicti in prima quaestione, scilicet quod sacramentum vno modo accipitur generaliter : prout diffinitur a Magistro est sacre rei signum, id est res sensibilis ex diuina institutione significans rem sacram. Respondendo ergo ad quaestionem dicitur primo quod baptismus Iohannis

f. 33 ra

fuit sacramentum illo modo iam dictio causando ??? . Patet quia fuit res sensibilis, quia aqua et verba que poterant videri, audiri et tangi, et fuit a Deo institutus ad praefigurandum et designandum baptismum Christi, qui est sacra res. Fuit etiam baptismus Iohannis institutus ad aswefaciendum<sup>505</sup> homines ad baptismum Christi. Et ideo dixit Iohannes Mathei 20° : EGO

---

<sup>498</sup> Bapizatis ms.

<sup>499</sup> BAPTISAVIT ms.

<sup>500</sup> BAPTISABIMINI ms.

<sup>501</sup> Anninttiatus ms.

<sup>502</sup> Baptisavit ms.

<sup>503</sup> Sic!

<sup>504</sup> BAPTISO ms.

<sup>505</sup> Sic!

BAPTIZO<sup>506</sup> IN AQUA. Vt dicit Gloza<sup>507</sup> : “Tantum corpora lauo quia peccata soluere nescio”, ut sicut nascendo et praedicando praecedo, sic baptizando<sup>508</sup> ad Christi baptismum diligam. Secundo dicitur quod baptismus Iohannis non fuit sacramentum Noue Legis, nec conferebat gratiam ratione operis operati. Prima pars patet quia ad sacramenta Noue Legis requiritur<sup>509</sup> quod significant effectum spiritualement et illum efficiant misterialiter ex omnia institutione. Modo baptismus Iohannis, licet significet baptismum Christi, non tamen Christum efficiebat, nec efficiebat effectum ablutionis animae a peccato. Et ergo non fuit sacramentum vnus Noue Legis, sed fuit praeparatorium homini ad libencius suscipiendum Christi baptismum. Et ergo dicunt doctores quod sicut torneamentum<sup>510</sup> non est bellum, sed est quod praeparatorium ad bellum, sic baptismus Iohannis non fuit sacramentum proprie, fuit quoddam praeparatorium et aswefactorium<sup>511</sup> hominum ad Christi baptismum, qui est vere et propryissime<sup>512</sup> sacramentum. Secunda pars conceditur ab omnibus quia non efficie-

f. 33 rb

-bat aliquid quod non esset praeparatio hominis, gratia autem non potest ab homine dari et ideo patet quod baptismus Iohannis gratiam non conferebat ratione operis operati. Ad primum argumentum ante oppositum dicitur quod, licet fuerit sacramento - accipiendo sacramentum generaliter prout est sacre rei signum, ut etiam dictum est in questione - non tamen fuit sacramentum proprie nec sacramentum Noue Legis eo, quod non mundabat a culpa nec conferebat gratiam ; scilicet tota eius vtilitas fuit disponere ad Christum et ad eius baptismum, ut dictum fuit, et ideo competens<sup>513</sup> fuit illa forma ut in nomine Christi venturi baptizaret<sup>514</sup>. Ad 2<sup>m</sup> respondet S<anctus> T<homas> quod illa auctoritas<sup>515</sup> sic exponenda est et illa duo, scilicet baptizans<sup>516</sup> et praedicans, reuenuntur ad diuersa baptismata. Hoc modo erat Iohannes baptizans<sup>517</sup>, scilicet suo baptismo et erat praedicans, scilicet baptismum Christi qui est in remissionem peccatorum. Si autem illa duo, scilicet baptizans<sup>518</sup> et<sup>519</sup> praedicans volumus

---

<sup>506</sup> BAPTIZO ms.

<sup>507</sup> Sic!

<sup>508</sup> Baptizando ms.

<sup>509</sup> Requiritur ms.

<sup>510</sup> Tormentum emend. ms.

<sup>511</sup> Sic!

<sup>512</sup> Sic!

<sup>513</sup> Competens ms.

<sup>514</sup> Baptizaret ms.

<sup>515</sup> Auctoritas ms.

<sup>516</sup> Baptizans ms.

<sup>517</sup> Baptizans ms.

<sup>518</sup> Baptizans ms.

<sup>519</sup> Et om. ms.

referre ad idem, scilicet ad baptismum Iohannis, sic dicitur esse in remissionem peccatorum, quia Iohannes a se baptizatis<sup>520</sup> imponebat dignos fructus penitentie agere quibus communiter remissionem peccatorum. Et ita qui vere penitebant, illi consequentur remissionem peccatorum non per baptismum Iohannis, sed per penitentiam. Ad 3<sup>m</sup> dicitur quod spes ex gratia procedit aliquo modo, non tamen semper ex gratia habita, sed aliquando ex gratia expectata, etcetera. Baptismus Iohannes spem dedit remissionis peccatorum non conferens gratiam, sed promittens

f. 33 va

eam in hoc, quod praefigurabat baptismum Christi qui digne suscipientibus daret eam. Et licet argumenta in oppositum probent verum, scilicet quod baptismus Iohannis non fuit sacramentum Noue Legis nec conferebat gratiam, tamen, quia primum argumentum petit etiam quare ille baptismus dicatur ‘baptismus Iohannis’, cum tamen nullus dicatur ‘baptismus Petri’, aut ‘Pauli’ uel ‘alterius ministri’, et etiam petit an baptismus Iohannis fuerit a Deo institutus. Ideo ad illud respondetur secundum S<anctum> T<homam> et ceteros : Iohannes suum baptismum instituit ex praecepto diuino. Et ideo Iohannis primo dixit : QUI ME MISIT BAPTIZARE<sup>521</sup>, ILLE MICH I DIXIT, etcetera, sed tota Trinitas misit eum baptizare<sup>522</sup> et ita auctoritate<sup>523</sup> Dei suum baptismum instituit. Et sic patet quod institutio illius baptismi fuit a Deo per auctoritatem<sup>524</sup> et a Iohanne per ministerium. Accepit autem baptismum ille nomine a beato Iohanne, ut scilicet dicitur ‘baptismus Iohannis’ propter tres causas, secundum S<anctum> T<homam>. Primo quia ipse Iohannes fuit illius sui baptismi institutor ministerialis, ut iam dictum est, sed nec Petrus, nec Paulus, nec aliquis aliorum fuit quocumque alio modo institutor baptismi Christi, quos scilicet ipsi baptizabant<sup>525</sup>, ut notum est. Christus enim solus eum instituit et igitur ‘baptismus Christi’ non dicitur ‘baptismus Petri’, aut ‘Pauli’, aut cuiuscumque alterius, sed solius Christi. 2<sup>o</sup>, quia in baptismo Iohannis nichil efficiebatur quod Iohannes non faceret proprie : in illo enim baptismo non dimittebantur peccata nec conferebatur

f. 33 vb

---

<sup>520</sup> Baptisatis ms.

<sup>521</sup> BAPTISARE ms.

<sup>522</sup> Baptisare ms.

<sup>523</sup> Autoritate ms.

<sup>524</sup> Autoritatem ms.

<sup>525</sup> Baptizabant ms.

gratia, sed tantum lauabantur corpora exterius in signum et aswefactionem<sup>526</sup> baptismum Christi. Et hoc totum fecit Iohannes, in baptismo vero Christi interius dimittitur culpa et infunditur gratia. Licet ergo Petrus uel Paulus aut alius minister baptismi Christi exterius adhibeat sensibilia elementa, non tamen effecit interiores effectus proprie, sed istos solus efficit Deus immediate<sup>527</sup>, et inde est quod baptismus noster non dicitur baptismus Petri aut alterius ministri, sed dicitur ‘baptismus Christi’, quia ille, cum solus instituit, et eius effectus in anima immediate efficit. 3° dicebatur ‘baptismus Iohannis’ quia sibi soli, scilicet Iohanni, fuit datum illius baptismi ministerium ut solus baptisaret illo baptismus et nullus alius, nec forte auctoritate<sup>528</sup> Iohannis. Sed diceret aliquis : ex quo baptismus Iohannis fuit baptismus penitentiae, quare ergo Christus Dominus uoluit eo baptizari<sup>529</sup>, cum tamen penitentia ei non competebat sicut nec peccatum ? Respondetur quod sicut circumcisio non fuit Christo in remedium originalis peccati a quo penitus fuerat immunis, sic baptismus Iohannis non fuerat baptismus penitentiae quo ad Christum, sed quo ad alios qui per ipsum ad penitentiam praeparabantur. Licet ergo Christus nichil a baptismo Iohannis accepit sicut nec a circumcissione, uoluit tamen baptizari<sup>530</sup> illo baptismo Iohannis propter plures causas, quarum tres tangit *Gloza*<sup>531</sup> Magistri : primo uoluit enim baptisari propter humilitatem implendam. Propter hoc

f. 34 ra

Mathei 3°. Cum ueniret ad baptismum Iohannis, et Iohannes eum prohiberet et diceret : EGO DEBEO A TE BAPTIZARI<sup>532</sup>, dixit ei Ihesus : SINE MODO SIC ENIM DECET NOS IMPLERE OMNEM IUSTITIAM, id est secundum *Glozam* decet nos implere perfectam humilitatem. Vocat *omnem iusticiam* propter hoc, quia omnis et perfecta iustitia omne alienum a se<sup>533</sup> reicit et ei cuius est reddit iusticia : enim est unicuique quod suum est reddere. Et hoc etiam facit perfecta humilitas que omne bonum a se quasi alienum remouet et Deo, cuius omne bonum est, reddit et attribuit. Reicit quidem a se non extingwendo<sup>534</sup> illud bonum, sed non sibi ipsi et suis uiribus attribuendo, sed Deo attribuendo cuius omne bonum est quod in nobis est. 2° uoluit baptizari<sup>535</sup> propter hoc,

---

<sup>526</sup> Sic!

<sup>527</sup> Inmediate ms.

<sup>528</sup> Autoritate ms.

<sup>529</sup> Baptisari ms.

<sup>530</sup> Baptisari ms.

<sup>531</sup> Sic!

<sup>532</sup> BAPTISARI ms.

<sup>533</sup> A se it. ms.

<sup>534</sup> Sic!

<sup>535</sup> Baptisari ms.

ut suo baptismo baptismum Iohannis approbaret tamquam a Deo institutum et ordinatum. 3° propter hoc, ut aquas consecraret in baptismum verum, quo nos baptizarentur<sup>536</sup> : tunc enim suo tactu mundissime carnis aquis vim regeneratiuam dedit, ut dicit Venerabilis Beda et non solum illi aquae quam suo corpore tetigit, sed et omni aque elementalī. 4° uoluit baptizari<sup>537</sup> et a Iohanne minori se propter hoc, ut uult<sup>538</sup> Augustinus, inde natura boni ut ostenderet quod non interesset quantum est ex parte baptismi quis a quo baptizaretur<sup>539</sup> : baptismus enim, ut patebit posterius, non a ministro, sed a Christo habet efficaciam suam. 5° secundum Augustinum

f. 34 rb

in *De questionibus Noui et Veteris Testamenti*, scilicet ad exemplum baptismi proponendum hys<sup>540</sup> qui futuri erant Fily<sup>541</sup> Dei per fidem, ut scilicet et ipsi baptizarentur<sup>542</sup> cum scirent et Christum baptismum accepisse. Et congruum fuit Christum magis in Iordane baptizari<sup>543</sup> quam in alia aqua propter hoc, quod Iordanis fuit conueniens figura baptismi Christi, quia cum populus Israheliticus exiret de terra Egipti et venisset per desertum, tunc inter eos et terram promissionis mediabit Iordanis fluuius. Vt habetur in libro Iosue, nullus eorum potuit intrare terram promissionis, nec transeundo per fluuium Iordanis, ita ymaginandum<sup>544</sup> est quod baptismus Christi est sicut quidam fluuius medius inter hunc mundum in quo manemus et inter vitam eternam, per quem fluuium baptismi oportet transire omnes peruenturos ad celeste regnum. Ex hys<sup>545</sup> apparet quare Christus Dominus uoluit baptisari baptismo Iohannis, qui tamen nichil sibi contulit sicut nec circumcisio, et quare potius in Iordane quam in alia aqua. Secundo queritur vtrum baptizati<sup>546</sup> baptismo Iohannis tenebantur etiam baptizari<sup>547</sup> baptismo Christi. Arguitur quod non, quia Magister in littera capitulo vltimo dicit : qui spem non posuerunt in baptismo Iohannis - et non<sup>548</sup> Patrem et Filium et Spiritum sanctum credebant - non

---

<sup>536</sup><sup>536</sup><sup>536</sup> Baptisaretur ms.

<sup>537</sup> Baptisari ms.

<sup>538</sup> Sic!

<sup>539</sup> Baptisaretur ms.

<sup>540</sup> Sic!

<sup>541</sup> Sic!

<sup>542</sup> Baptisarentur ms.

<sup>543</sup> Baptisari ms.

<sup>544</sup> Sic!

<sup>545</sup> Sic!

<sup>546</sup> Baptisati ms.

<sup>547</sup> Baptisari ms.

<sup>548</sup> Non om. ms.

f. 34 va

sunt postea baptizati<sup>549</sup>, igitur secundo super illo Iohannis 3° : EFFUNDAM DE SPIRITU MEO, etcetera. Dicit Hieronimus<sup>550</sup> quod hec est causa quare quidam baptizati<sup>551</sup> a Iohanne sunt baptismo Christi iterum baptizati<sup>552</sup> a Paulo, ut patet Actuum 19° : quia fidem Trinitatis non habebant, quia nec si Spiritus sanctus sit audierunt. Si ergo aliqui fuissent baptizati<sup>553</sup> a Iohanne qui habuissent fidem Trinitatis, videtur quod non debebant iterum baptizari<sup>554</sup> baptismo Christi. 3° in receptionem sacramentorum quod datur non est iterandum, sed si obmittatur aliquid caute est supplendum ; de sacramentis non iterandum, capitulo primo. Sed in baptismo Iohannis ablucio exterior dabatur igitur, ex quo defuit interior ablucio : illa fuit supplenda, sed exterior non fuit talis. Iterum baptizandus<sup>555</sup> baptismo Christi. 4° dicitur Actuum 8<sup>uo</sup> quod Samaritani fuerunt a Philippo baptizati<sup>556</sup> et - ut videtur - solum baptismo Iohannis, quia baptismus Christi est Spiritus sanctus, isti autem non receperunt Spiritum sanctum, ut dicitur ibidem in littera. Et illi non fuerunt rebaptizati<sup>557</sup> baptismo Christi, quia Petrus et Iohannes illuc missi per apostolos solum imponebant eis manus. Igitur videtur quod nec ceteri per Iohannem baptizati<sup>558</sup> debuerunt baptizari<sup>559</sup> baptismo Christi. 5° - Apostoli non leguntur post baptismum Iohannis rebaptizati<sup>560</sup> baptismo Christi, igitur videtur quod non fuerit necessarium baptizari<sup>561</sup> de uno praeuius baptismo Iohannis baptizatos<sup>562</sup>.

f. 34 vb

In oppositum arguitur quia, ut habetur Actuum 19°, Paulus rebaptizauit<sup>563</sup> aliquos qui baptizati<sup>564</sup> erant baptismo Iohannis, igitur et ceteri erant pari ratione rebaptisandi. 2° - beatus Augustinus omne quinto capitulo super Iohannem dicit : si quos baptizauit<sup>565</sup> Iohannes, iterum

---

<sup>549</sup> Baptisati ms.

<sup>550</sup> Ieronimus ms.

<sup>551</sup> Baptisati ms.

<sup>552</sup> Baptisati ms.

<sup>553</sup> Baptisati ms.

<sup>554</sup> Baptisari ms.

<sup>555</sup> Baptisandus ms.

<sup>556</sup> Baptisati ms.

<sup>557</sup> Rebaptisati ms.

<sup>558</sup> Baptisati ms.

<sup>559</sup> Baptisari ms.

<sup>560</sup> Rebaptisati ms.

<sup>561</sup> Baptisari ms.

<sup>562</sup> Baptisatos ms.

<sup>563</sup> Rebaptisauit ms.

<sup>564</sup> Baptisati ms.

<sup>565</sup> Baptisauit ms.

fuerunt baptizandi<sup>566</sup>. Plane iterum, sed non iterato baptismo : quos enim baptizat<sup>567</sup> Iudas, baptizat<sup>568</sup> et Christus, quos vero baptizat<sup>569</sup> Iohannes non. Item Augustinus in libro *Contra Donatistas* dicit tali Christus baptismo mundat Ecclesiam, quod acceptum alterum non erat necessarium. Iohannes autem tali baptismo praecurrebat quo accepto esset etiam baptisma dominicum necessarium. Item dicit Augustinum : post Iohannem baptizatum<sup>570</sup> est, post homicidam non est baptizatum<sup>571</sup> quia Iohannes dedit baptismum suum, homicida dedit baptisma Christi. De hac quaestione fuerunt due opiniones : vna dixit praeuius quod baptizati<sup>572</sup> baptismo Iohannis, si non habebant fidem Trinitatis et posuerunt spem in baptismo Iohannis tamquam eis sufficeret ad salutem, illi erant rebaptizandi<sup>573</sup> baptismo Christi. Propter hoc scribitur Actuum 19<sup>o</sup> quia Paulus rebaptizat<sup>574</sup> quosdam qui erant baptizati<sup>575</sup> baptismo Iohannis et non habebant veram fidem Trinitatis, qui non crediderunt in Spiritum sanctum. Dicitur enim ibidem sic, cum Apollo<sup>576</sup> esset Corinthi<sup>577</sup> et Paulus paragraphi<sup>578</sup> partibus superioribus veniret Ephesum et inveniret quosdam discipulos. Dixitque ad eos: - SI SPIRITUM SANCTUM ACCEPISTIS

f. 35 ra

CREDENTES<sup>579</sup>. At illi dixerunt ad eum: SED NEQUE SI SPIRITUS SANCTUS SIT AUDIVIMUS. At ille dixit eis : IN QUO ERGO BAPTIZATI<sup>580</sup> ESTIS ?, qui dixerunt in baptismo Iohannis. Dixit eis autem Paulus: IOHANNES BAPTIZAVIT<sup>581</sup> BAPTISMO PENITENTIE DICENS IN EO QUI VENTURUS ESSET POST IPSUM ut crederent, hoc est in Ihesum. Hys<sup>582</sup> auditis baptizati<sup>583</sup> sunt in nomine Domini Ihesu, et cum imposuisset<sup>584</sup> illis manus<sup>585</sup> Paulus acceperunt Spiritum

---

<sup>566</sup> Baptisandi ms.

<sup>567</sup> Baptisat ms.

<sup>568</sup> Baptisat ms.

<sup>569</sup> Baptisat ms.

<sup>570</sup> Baptisatum ms.

<sup>571</sup> Baptisatum ms.

<sup>572</sup> Baptizati ms.

<sup>573</sup> Rebaptisandi ms.

<sup>574</sup> Rebaptisat ms.

<sup>575</sup> Baptisati ms.

<sup>576</sup> Appollo ms.

<sup>577</sup> Corintie ms.

<sup>578</sup> Paragrathis ms.

<sup>579</sup> Credentes ms.

<sup>580</sup> BAPTISATI ms.

<sup>581</sup> BAPTISAVIT ms.

<sup>582</sup> Sic!

<sup>583</sup> Baptisati ms.

<sup>584</sup> Inposuisset ms.

<sup>585</sup> Manum ms.

sanctum - supple sensibiliter - et loquebantur lingwis<sup>586</sup> et prophetabant. Ecce quomodo : ex illis<sup>587</sup> qui erant baptizati<sup>588</sup> baptismo Iohannis et non habebant veram fidem Trinitatis, quia non credebant in Spiritum sanctum ; ymo<sup>589</sup> neque si esset Spiritus sanctus erant a beato Paulo rebaptizati<sup>590</sup>. 2° dixerunt isti quod qui baptizati<sup>591</sup> erant baptismo Iohannis et habebant fidem Trinitatis, illi non erant rebaptizandi<sup>592</sup> baptismo Christi. Sed sufficit ut imponerentur eis manus : tales enim habuerunt ablucionem exteriorem et habebant fidem Trinitatis, quia insigneabantur quasi caractere<sup>593</sup>, et per impositionem<sup>594</sup> manuum receperunt Spiritum sanctum et sic habebant omnia que dantur in baptismo Christi, quare non erant rebaptizandi<sup>595</sup>. Et propter hoc, ut isti dicunt: Petrus et Iohannes missi a ceteris apostolis a Hierusalem<sup>596</sup> in Samariam non rebaptizabant<sup>597</sup> baptismo Christi baptizatos<sup>598</sup> a Philippo baptismo Iohannis, ut ipsi dicunt,

f. 35 rb

sed solum per impositionem manuum dabant eis Spiritum sanctum, ut habetur Actuum 8<sup>uo</sup>. Dicitur enim ibidem, cum autem audissent apostoli qui erant Hierosolimis<sup>599</sup>, quia Samaria accepisset verbum Dei. Miserunt ad eos Petrum et Iohannem qui, cum venissent, orauerunt pro ipsis ut acciperent Spiritum sanctum ; nondum enim in quemque illorum descenderat - supple visibiliter - sed baptizati<sup>600</sup> erant tantum. In nomine Domini Ihesu tunc imponebant manus suas super illos et accipiebant Spiritum sanctum, et hec fuit opinio Magistri, ut patet in littera capitulo vltimo. Sed contra hanc opinionem est communis positio doctorum qui dicunt concorditer quod qui pro illo tempore fuerunt baptizati<sup>601</sup> solo baptismo Iohannis erant omnes rebaptizandi<sup>602</sup> baptismo Christi. Probatur hoc, quia Christus dedit generale praeceptum omnibus de baptismo suo, dicens Iohannis 3° ut QUIS RENATUS FUERIT EX AQUA<sup>603</sup> et illud

---

<sup>586</sup> Ligwis ms.

<sup>587</sup> Illi ms.

<sup>588</sup> Baptisati ms.

<sup>589</sup> Sic!

<sup>590</sup> Rebaptisati ms.

<sup>591</sup><sup>591</sup> Baptisati ms.

<sup>592</sup> Rebaptisandi ms.

<sup>593</sup> Caractare ms.

<sup>594</sup> Inposicionem ms.

<sup>595</sup> Rebaptisandi ms.

<sup>596</sup> Ierusalem ms.

<sup>597</sup> Rebaptisabant ms.

<sup>598</sup> Baptisatos ms.

<sup>599</sup> Ierosolimis ms.

<sup>600</sup> Baptisati ms.

<sup>601</sup> Baptisati ms.

<sup>602</sup> Rebaptisandi ms.

<sup>603</sup> Ioh. 3, 5.

praeceptum non impleuit. Qui erat solum baptismo Iohannis baptizatus<sup>604</sup> igitur tenebatur etiam baptizari<sup>605</sup> baptismo Christi. Et illud generale praeceptum erat rationabile quia fuit rationabile ut omnes ad hoc obligarent, quod essent membra Ecclesiae et ut susciperent signum illud commune omnibus Ecclesiam ingredientibus. Item, dispositione introducta, congruum est ut introducatur eis forma principalis, alias dispositio esset frustra. Sed baptismus Iohannis, ut dictum est,

f. 35 va

praeuius fuit dispositio et praeparatio ad baptismum Christi suscipiendum, scilicet ut per illam ablucionem facilius inclinarentur homines ad suscipiendum ablucionem sibi salutarem in Christi baptismo, nec esset ipsis molestum praeuius ad similia aswetis<sup>606</sup> et exercitatis. Igitur congruum fuit ut suscepto baptismo Iohannis a quocumque ab eo etiam susciperetur baptismus Christi. Item impositio<sup>607</sup> manuum habuit locum sacramenti confirmacionis, sed sacramentum confirmacionis praesupponit sacramentum baptismi, quod oportet esse primum et tamquam hostium ad cetera sacramenta. Et quia baptizati<sup>608</sup> solum baptismo Iohannis non habuerunt adhuc verum sacramentum baptismi, nichil fecisset ei confirmacio sew<sup>609</sup> manuum impositio. Patet eis illa positio per auctoritatem Augustini. In oppositum quaestionis adductae<sup>610</sup>, scilicet ad argumenta ante opposita<sup>611</sup> ad primum dicitur quod Magister in hoc non<sup>612</sup> tenetur. Ad 2<sup>m</sup> dicit S<anctus> T<homas> quod Hieronimus<sup>613</sup> per hec verba non vult tangere causam rebaptizandi<sup>614</sup>, set vult tangere insufficienciam fidei ipsorum ad salutem, ut patet per verba praecedentia. Praemittit enim quod qui dicit se credere in Christum et non credit in Spiritum sanctum nondum habet claros oculos ; insufficientia autem fidei non possit esse causa quare aliqui baptizarentur<sup>615</sup>, sed quare aliqui instruendi essent, sicut et nunc fit. Ad 3<sup>m</sup> dicendum quod maior est vera quando aliquod sacramentum confertur si in baptismo Iohannis

f. 35 vb

---

<sup>604</sup> Baptisatus ms.

<sup>605</sup> Baptisari ms.

<sup>606</sup> Sic!

<sup>607</sup> Inpositio ms.

<sup>608</sup> Baptisati ms.

<sup>609</sup> Sic!

<sup>610</sup> Adductas ms.

<sup>611</sup> Oppositum ms.

<sup>612</sup> Non add. ms.

<sup>613</sup> Ieronimus ms.

<sup>614</sup> Rebaptisandi ms.

<sup>615</sup> Baptisarentur ms.

nichil baptismi sacramenti conferebatur. Ablucio enim exterior sine determinatis verbis a Christo ad hoc institutis et sine determinata intencione omnino nichil est sacramenti baptismi, sicut nec quaecumque alia balneacio. Cum ergo baptismus Iohannis fieret sine illa sacramentali forma verborum et sine determinata intencione ad verum baptismum requisita, non fuit illa exterior corporum ablucio aliquod ipsius sacramenti baptismi, sicut nec alia corporis locio. Ad 4<sup>m</sup> dicitur quod illi de quibus dicitur Actuum 19<sup>o</sup> fuerunt baptizati<sup>616</sup> solum baptismo Iohannis, ut textus ostendit. Et ideo fuerunt a Paulo baptizati<sup>617</sup> etiam baptismo Christi. Isti vero de quibus dicitur Actuum 8<sup>uo</sup> fuerunt baptisati baptismo Christi, quia a Philippo, de quo constat quod baptizabat<sup>618</sup> baptismo Christi et in eodem baptismo receperunt Spiritum sanctum invisibiliter, sicut et nunc fit in Ecclesia omnibus rite baptizatis<sup>619</sup>. Verum, quod nondum receperunt Spiritum sanctum visibiliter in signo sensibili, quia sic dabatur in primitiua Ecclesia in confirmatione, que fiebat per manuum<sup>620</sup> impositionem et conveniebat tunc solum apostolis sicut nunc solis episcopis. Sed dicit *Gloza*<sup>621</sup> super eodem loco quod Philippus ille qui conuertebat Samaritanos et eos baptizabat<sup>622</sup> non fuit Philippus apostolus, sed fuit vnus de septuaginta duobus discipulis Christi. Et ideo non habuit auctoritatem eis imponendi manus et dandi eis Spiritum sanctum visibiliter, quare apostoli

f. 36 ra

miserunt de Hierosolimis<sup>623</sup> Petrum et Iohannem ewangelistam<sup>624</sup> qui imponebant eis manus et acceperunt Spiritum sanctum. Ad 5<sup>um</sup> respondet Sanctus Thomas et Scotus et dicunt quod hoc non inveniatur in canone Biblie. Credit tamen quod apostoli fuerunt baptizati : hoc enim dicit *Gloza*<sup>625</sup> super I<sup>um</sup> 626 Iohannis 13 : QUI LOTUS EST NON INDIGET NISI UT PEDES LAVET. Et hoc videtur valde probabile quod Christus Dominus fecit eos sacerdotes conferens eis in cena potestatem conficiendi corpus Christi, dicens : QUOTIENSCUMQUE, etcetera, et conferens eis post resurrectionem potestatem absoluendi Iohannis 20<sup>o</sup> : QUORUM REMISERITIS PECCATA.

---

<sup>616</sup> Baptisati ms.

<sup>617</sup> Baptisati ms.

<sup>618</sup> Baptisabat ms.

<sup>619</sup> Baptisatis ms.

<sup>620</sup> Manum ms.

<sup>621</sup> Sic!

<sup>622</sup> Baptisabat ms.

<sup>623</sup> Ierosolimis ms.

<sup>624</sup> Sic!

<sup>625</sup> Sic!

<sup>626</sup> I<sup>o</sup> ms.

Contulit etiam eis officium baptizandi<sup>627</sup> solemniter Mathei ultimo: EUNTES, BAPTIZATE<sup>628</sup>, etcetera. Ordo autem sacerdotum<sup>629</sup> praesupponit baptismum ; igitur omnino videtur quod praeuius fuerunt baptizati<sup>630</sup> baptismo Christi. Verum, quod Christus Dominus, qui habuit principalem potestatem dimittendi peccata et virtutem suam non allegauit sacramentis, potuit cum ipsis dispensare et sine baptismo eos ex quodam speciali priuilegio sanctificare, quod si fecisset non esset hoc, nunc a quoquam in consequentiam retrahendum. Ymo<sup>631</sup> videtur quod hoc non fecerit, sed quod baptizati<sup>632</sup> fuerint omnes talis enim dispensacionis nulla fuisset necessitas et nulla ratio ; nec videtur quod vlla ex hoc fuisset secuta vtilitas, quia ex hoc non fuissent graciosiores Deo quod non fuissent

f. 36 rb

baptizati<sup>633</sup>, nec ex hoc fuissent doctores efficaciores in Ecclesia. Ymo<sup>634</sup> videtur ex hoc ut<sup>635</sup> minus efficaces fuissent doctores, quia alios docuissent quod ipsi non fecissent. Minus autem valet Magister in moralibus, qui non vult opere implere quod alios docet. Christus voluit in seipso baptismum recipere, saltem baptismum Iohannis antequam Legem baptisandi alys<sup>636</sup> imponeret, quia Actuum primo dicitur de Eo quod cepit Ihesus facere et docere ; et posterius subditur ‘docere’ ad significandum quia illud quod alios docuit facere ipse prior fecit. Si ergo Christus voluit baptizari<sup>637</sup> antequam alys<sup>638</sup> imposuit Legem baptizandi<sup>639</sup>, videtur omnino quod eciam apostoli exitum magistri sui imitantes<sup>640</sup> fuerunt baptizati<sup>641</sup> baptismo Christi antequam publice et ex officio alios baptizarent<sup>642</sup>. De Maria virgine putant aliqui quod ipsa in conceptione Fily<sup>643</sup> sui habuerit istam plenitudinem gratiae ad quam eam Deus disposuit pervenire et si sic est, tunc forte ab illa vniuersali lege baptismi ipsa fuit excepta. Et fuit in ea ratio dispensandi quod baptismus nullum contulisset ei augmentum gratiae eo, quod tunc

---

<sup>627</sup> Baptisandi ms.

<sup>628</sup><sup>628</sup> BAPTISATE ms.

<sup>629</sup> Sic!

<sup>630</sup> Baptisati ms.

<sup>631</sup> Sic!

<sup>632</sup> Baptisati ms.

<sup>633</sup> Baptisati ms.

<sup>634</sup> Sic!

<sup>635</sup> Vt om. ms.

<sup>636</sup> Sic!

<sup>637</sup><sup>637</sup> Baptisari ms.

<sup>638</sup> Sic!

<sup>639</sup> Baptisandi ms.

<sup>640</sup> Ymittantes ms.

<sup>641</sup> Baptisati ms.

<sup>642</sup> Baptisarent ms.

<sup>643</sup><sup>643</sup> Sic!

tantam habuisset, quod in ea crescere et augmentari non potuisset. Si vero gratia fuit in ea semper aucta vsque in diem et horam sue assumptionis in celum, tunc est praesupponendum sicut de apostolis quod vere fuerit baptismo Christi baptizata<sup>644</sup> propter generalem Legem baptismi a Christo in omnes promulgata. Et eciam propter augmentum

f. 36 va

gratiae - quantumcumque enim perfectus - accedit ad baptismum illi de Lege omnium, offert baptismus augmentum gratie ratione operis operati. Et etiam ex quo in die Penthecostes non est dedignata sedere in cenaculo Syon et ibi cum apostolis expectare adventum Spiritus sancti ut eius donis et gratia copiosius infunderetur, ut dicitur in omne super : STABAT IUXTA CRUCEM. Vtique non est dedignata subicere Legem Fily<sup>645</sup>sui uel per baptismum susceptum, scilicet eadem gracia amplius augetur. Post hoc videndum est quid sit baptismus. Praeuus Magister determinat de quodam praeambulo ad baptismum Christi ; nunc determinant de sacramento baptismi et in praesenti distinctione determinant de partibus intransitive<sup>646</sup> ad baptismum pertinentibus, et diuiditur in tres partes. In prima agitur de quantitate<sup>647</sup> baptismi, siue quid sit baptismus. 2° de forma eius ibi - scilicet<sup>648</sup> quidem istud verbum - . In 3<sup>a</sup> parte agit de institutione baptismi quando incepit. Circa hanc distinctionem quaeritur primo vtrum diffinitio baptismi in littera per Magistrum posita sit bene assignata, scilicet baptismus est tinctio, etcetera. Arguitur quod non, quia pars non est suum totum, sed tinctio est pars baptismi, igitur baptismus non est tinctio uel ablucio. Maior probatur, quia baptismus est aggregatum ex forma verborum

f. 36 vb

et ex tinctioe, dicente Augustino : « Verbum accedit ad elementum et fit sacramentum ». Igitur sicut baptismus non est solum verba, ita non est sola tinctio sed aggregatum ex ambabus. 2° baptismus est aqua, igitur non est ablucio sew<sup>649</sup> tinctio. Tertia quia ablucio non est aqua, sed est vsus eius et quidam motus eius transiens, aqua autem est res permanens. Antecedens probatur auctoritate<sup>650</sup> Hugonis baptismum sic diffinientis : est aqua diluendis criminibus

---

<sup>644</sup> Baptisata ms.

<sup>645</sup> Sic!

<sup>646</sup> Intransite ms.

<sup>647</sup> Quittitate ms.

<sup>648</sup> Sed ms.

<sup>649</sup> Sic!

<sup>650</sup> Auctoritate ms.

sanctificata per verbum Dei. In oppositum Magister in littera : notandum quod ‘baptizare’<sup>651</sup> graece est idem quod ‘lauare’ latine, et sic secundum Magistrum baptismus est ablucio uel locio. Sic enim apud Iudeos ‘baptismata’ dicebantur abluciones corporum et vasorum. Sic etiam Augustinus accipit baptismum pro locione, natura diffiniendo : baptismum - dicit - est tinctio in aqua verbo vite sanctificata. 2° notandum quod tinctio siue lotio uel ablucio non accipitur hic restricte scilicet prout includit admonicionem<sup>652</sup> sordium a corpore per contactum aque, ut solum illud dicatur lauari siue ablui, quo ymundatur<sup>653</sup> et a quo sordes per aque contactum remoueretur, sed causatur generaliter pro omni contactu corporis ab aqua fluida alio illud contactum agente et causante siue ille contactus fiat per aspersionem, siue per immersionem<sup>654</sup>, siue etiam per superfusionem. 3° notandum quod adhuc plura requiruntur ad baptismum prout est sacramentum Noue Legis, sed Magister in sua diffinitione non exprimit.

f. 37 ra

Sed plura eorum possunt suppleri ex diffinitione sacramenti Noue Legis que superius distinctione prima fuerat<sup>655</sup> declarata. Potest ergo poni talis baptismi diffinitio : est ablucio hominis nec actualiter nec virtualiter dissencientis, que fit in aqua elementari ab alio simul debita verba ad hoc ordinata proferente cum debita intencione, significans efficaciter ex institutione diuina ablucionem animae a peccato. In hac diffinitione ponitur hic<sup>656</sup> ablutio pro genere quia omnis baptismus est ablucio et non econuerso, et dicitur hominis quia solum homini conuenit baptizari<sup>657</sup>, et dicitur que fit in aqua elementari quia in illa sola potest fieri baptismus. Et dicitur ab alio quia homo seipsum baptizare<sup>658</sup> non potest, et dicitur simul proferente verba ad hoc ordinata sew<sup>659</sup> verba praescripta (Mathei vltimo) : oportet enim quod baptizans<sup>660</sup> simul cum ablucione proferat verba ad hoc ordinata, modo posterius declarando et oportet etiam quod habeat debitam intencionem. Illa etiam exterior ablutio ex diuina institutione significat interiorem mundacionem animae a peccato. Et significat hoc efficaciter quia sic Deus instituit

---

<sup>651</sup> Baptizare ms.

<sup>652</sup> Amonicionem ms.

<sup>653</sup> Sic!

<sup>654</sup> Inmersionem ms.

<sup>655</sup> Fuera ms.

<sup>656</sup><sup>656</sup> Ly ms.

<sup>657</sup> Baptisari ms.

<sup>658</sup> Baptizare ms.

<sup>659</sup> Sic!

<sup>660</sup><sup>660</sup> Baptisans ms.

et inuolabiliter obseruabit quod quando fit rite talis ablucio et baptisacio<sup>661</sup>, tunc anima<sup>662</sup> mundabit animam a peccato. Hys<sup>663</sup> praemissis respondetur ad questionem

f. 37 rb

quod diffinicio sic exposita est bona diffinicio baptismi. Prout est sacramentum Noue Legis conuenit etiam omnium baptismo et solum tali, et exprimit sufficienter omnia que sunt necessaria ad rationem baptismi, ut patebit in sequentibus quaestionibus in quibus agetur de materia, de forma, de intentione, de consensu, et ceteris ad baptismum requisitis. Ex dictis patet quod baptismus non est nisi intinctio, siue ablucio, uel contactus corporis ab aqua licet ad hoc, quod ille contactus siue illa ablucio dicatur baptismus et sic requiruntur multa alia, scilicet quod fiat in aqua elementari fiat cum debita intencione, fiat cum certa forma uerborum. Ille enim terminus - baptismus - supponit solum pro ablucione, sed connotat omnia alia que in diffinitione sunt posita, sicut album supponit pro pariete solum et connotat albedinem sibi inherere. Et ita album est ipse paries ad hoc, cum quod paries dicatur albus requiruntur alia, scilicet albedo et certi gradus albedinis et requiritur quod illa inhereat parieti. Similiter ille uestitus est solum Petrus ad hoc tamen, quod sit et dicatur uestitus. Requiritur alia, scilicet uestis connotata per illum terminum, et requiritur quod illa certo modo adiaceat, scilicet sic in proposito intelligendum est de baptismo. Ad primum argumentum dicitur negando maiorem, et ad probacionem dicitur quod baptismus non est aggregatum ex forma uerborum et intinctione, sed est solum intinctio uel ablucio. Et hoc

f. 37 va

significant ipsa uerba Augustini dicentis: “Accedit uerbum ad elementum”, id est ad ablucionem in aqua elementari, cum qua locione uerba simul proferuntur. Et subdit Augustinus : “Et fit sacramentum”. Non dicit : “Fuit sacramentum”, scilicet uerba et ablucio, sed dicit : “Et fit”, scilicet ipsa ablucio propter formam uerborum et alia que ad baptismum requiruntur, sicut ergo albedo accedit ad parietem et fit paries, albus et uestis accedit ad Petrum praeuius nudum et fit ipse uestitus. Sic ad elementum, id est ad ablucionem in aqua elementari accedit forma uerborum et cetera requisita et ipsa locio fit sacramentum. Ad 2<sup>m</sup> respondetur quod sicut praeuius dixi ‘baptizare<sup>664</sup>’ grece idem est quod lauare ‘latine’ et ab eo quod est lauare dicitur ‘lauacrum’, quod est aqua ad abluendum apta. Et ab eodem etiam dicitur ‘locio’ que est vsus et

---

<sup>661</sup> Baptisacio quod ms.

<sup>662</sup> Animam ms.

<sup>663</sup> Sic!

<sup>664</sup> Baptisare ms.

effectus aque, et sic baptismus potest dici 'lauacrum' et potest dici 'locio'. Magister ergo accepit baptismum pro locione seu<sup>665</sup> tinctione, ut dictum fuit. Hugo vero accepit baptismum pro ipso lauacro, id est pro aqua actualiter abluende corpus dicens : « Baptismus est aqua abluendis criminibus verbo Dei sanctificata, que diuisio complectitur materiam baptismi ». Cum dicit 'aqua' et finem, cum dicit 'abluendis criminibus' et 'formam baptismi', cum dicit 'verbo Dei sanctificata' et sic accipiendo baptismum pro lauacro, id est pro aqua

f. 37 vb

non quacumque, sed actualiter abluende, potest diuisio sibi sic applicari: est aqua elementaris in qua homo nec habitu, nec actu dissiciens abluitur ab alio simul debita verba ad hoc ordinata proferente cum debita intencione, significans efficaciter ex institutione diuina gratiam interius animam mundantem. Et licet locio sic posset dici 'baptismus' et similiter ipsum lauacrum posset dici 'baptismus', adhuc tamen, ut dicit Bonaventura, pro vno sacramento computantur, quia aqua non est sacramentum nec in quantum abluens, nec ablutio est sacramentum nisi fiat in aqua. Secundo queritur<sup>666</sup> vtrum integritas forme baptismalis necessario<sup>667</sup> consistat in hys<sup>668</sup> verbis : EGO TE BAPTIZO IN NOMINE PATRIS ET FILII<sup>669</sup> ET SPIRITUS SANCTI. Arguitur quod non, quia actio debet magis attribui principali agenti quam secundo, sed Christus est principalis baptizans<sup>670</sup>. 2<sup>m</sup> illud Iohannis primo : HIC, scilicet Christus, EST QUI BAPTIZAT<sup>671</sup>. Igitur magis debet dici : « Christus te baptizat<sup>672</sup> » quam quod dicitur de ministro : "Ego te baptizo"<sup>673</sup>. Secundo sic : 2<sup>m</sup> grammaticos in verbis prime persone intelligitur certus, necessarius et determinatus, sed : « Hic baptizo<sup>674</sup> » est<sup>675</sup> verbum prime persone. Igitur in ipso intelligitur 'ego' et consequens non fuit necessarium exprimere, igitur non omni in praedicta forma sunt necessaria. 3<sup>o</sup> - Verba non debent

f. 38 ra

---

<sup>665</sup> Sic !

<sup>666</sup> Quertur ms.

<sup>667</sup> Necessario ms.

<sup>668</sup> Sic!

<sup>669</sup> Sic!

<sup>670</sup> Baptisans ms.

<sup>671</sup> BAPTISAT ms.

<sup>672</sup> Baptisat ms.

<sup>673</sup> Baptismo ms.

<sup>674</sup> Baptiso ms.

<sup>675</sup> Est *it.* ms.

dirigi ad eum, qui non est sensus verborum perceptiuus, sed puer qui baptizatur<sup>676</sup> non potest percipere sensum illorum verborum, igitur non debet dicere<sup>677</sup> : “Baptizo<sup>678</sup> te”, sed sufficit dicere : “Ego baptizo<sup>679</sup> Iohannem”. 4<sup>o</sup> Christus dans formam baptisandi Mathei ultimo non expressit<sup>680</sup> istam formam de qua queritur, sed dixit : EUNTES, DOCETE OMNES<sup>681</sup> GENTES, BAPTIZANTES<sup>682</sup> EOS IN NOMINE PATRIS ET FILII<sup>683</sup> ET SPIRITUS SANCTI. Cum ergo sacramenta habeant ab eo efficaciam et ab ipsius institutione habeant materiam et formam sequitur quod praedicta forma non sit praecisa forma baptismi. 5<sup>to</sup> Graeci vero baptizant<sup>684</sup> et non seruant istam formam, sed dicunt : « Baptizetur<sup>685</sup> seruus Christi in nomine Patris et Filij et Spiritus sancti ». Igitur praedicta forma de qua quaeritur non est praecisa forma et necessaria. Sexto omne in quo persone diuinae non conueniunt sed distinguntur<sup>686</sup> debet de eis pluraliter dici, sed persone distinguntur<sup>687</sup> quantum ad nomen, quia Filio<sup>688</sup>, non Patri non conuenit nec econuerso igitur non debet dici: IN NOMINE PATRIS, etcetera, sed in nominibus Patris et Filij etcetera. Septimo Ecclesiam interest eiusdem potestatis cuius fuit primitiua Ecclesia quantum ad sacramentorum dispensacionem ; sed primitiua Ecclesia mutabit formam baptismi. Baptizant<sup>689</sup> enim in nomine Christi, sicut legitur in<sup>690</sup> Actis, igitur eciam posset mutare formam : igitur non est

f. 38 rb

illa omnino necessaria. \Suo modo videtur quod posset dici : “Ego te baptizo in nomine Trinitatis”. Illud enim implicite significat totam Trinitatem, et ita non requiretur explicatio trium nominum personalium, scilicet Patris et Filij<sup>691</sup> et Spiritus sancti. Octauo 2<sup>m</sup> Augustinum 5<sup>o</sup> *De Trinitate* capitulo 7<sup>o</sup> : idem est esse patrem et esse genitorem, et ergo equivaleret si diceretur in nomine genitoris et geniti et spirati sicut in nomine Patris et Filij<sup>692</sup> et Spiritus sancti. Et ita

---

<sup>676</sup> Baptisatur ms.

<sup>677</sup> Dicere om. ms.

<sup>678</sup> Baptiso ms.

<sup>679</sup><sup>679</sup> Baptiso ms.

<sup>680</sup> Expraessit ms.

<sup>681</sup> Omes ms.

<sup>682</sup><sup>682</sup> BAPTISANTES ms.

<sup>683</sup> Sic!

<sup>684</sup> Baptisant ms.

<sup>685</sup> Baptisetur ms.

<sup>686</sup> Distiguuntur ms.

<sup>687</sup> Distiguuntur ms.

<sup>688</sup> Fily ms.

<sup>689</sup> Baptisant ms.

<sup>690</sup> In om. ms.

<sup>691</sup> Sic!

<sup>692</sup> Sic!

videtur quod dicta forma non sit praecisa forma baptismi nec necessaria, cum posset multis modis uel argumenta praefendum<sup>693</sup> variari. Nono dicit Ambrosius - et habetur in littera - quod si vnum in sermone apprehendas, scilicet Patrem, uel Filium, uel Spiritum sanctum fide, autem non Patrem nec Filium nec Spiritum sanctum abneges plenum est fidei sacramentum, plenum est baptisma ; igitur licet de consweta<sup>694</sup> forma aliquid mutare, ymo<sup>695</sup> subtrahere. In oppositum est quod dicitur extra de baptismo et eius effectum causando : si quis puerum ter in aquam merserit « in nomine Patris et Fily<sup>696</sup> et Spiritus sancti. Amen », et non dixerit : « Ego baptizo<sup>697</sup> te in nomine Patris et Fily<sup>698</sup> et Spiritus sancti », non est puer baptizatus<sup>699</sup>. Notandum primo quod materia et forma in sacramentis non accipitur proprie, sicut in naturalibus vbi unum est subiectum alterius, et aliud est ipsi subiecto inherens et aliquando cum eo per se vnum constituens,

f. 38 va

sed accipiuntur metaphorice<sup>700</sup> et per quandam similitudinem. Vnde secundum Scotum quando sunt duo quasi fundamenta ad aliquod sacramentum requisita et vnum eorum est principalius et actualius, aliud vero potencialius, aut vnum eorum est spiritualius et aliud minus spirituale, tunc illud actualius et spiritualius solet metaphorice<sup>701</sup> dici forma respectu alterius, et aliud scilicet minus principale. Et minus spirituale dicitur materia respectu prioris, et quia ad sacramentum baptismi requiruntur ablucio et aqua et requiruntur cetera verba, et illa verba sunt principaliora in significando quam ablucio aut quam aqua, ut docet Augustinus in primo *De doctrina christiana*. Igitur propter ipsam principalitatem verba dicuntur ‘forma sacramenti’ et ablucio uel aqua dicuntur ‘eius materia’. Similiter verba sunt spiritualia quam ablucio aut aqua, igitur ratione illius item verba habent se ut forma, etcetera, cetera sensibilia ut materia. Ita intelligatur in alys<sup>702</sup> sacramentis : vbicumque enim aliquod sacramentum concurrunt verba et quedam alia sensibilia. Tunc propter praedictas duas metaphoras<sup>703</sup> verba dicuntur forma et cetera sensibilia dicuntur materia. 2° notandum quod - ut dicit Scotus - in sacramentis est

---

<sup>693</sup> Praerendum ms.

<sup>694</sup> Sic!

<sup>695</sup> Sic!

<sup>696</sup> Sic!

<sup>697</sup> Baptiso ms.

<sup>698</sup> Sic!

<sup>699</sup> Baptisatus ms.

<sup>700</sup> Methaphorice ms.

<sup>701</sup> Methaphorice ms.

<sup>702</sup> Sic!

<sup>703</sup> Methaphoras ms.

aliquod necessarium similiter, scilicet ex parte sacramenti, ut est illud quod<sup>704</sup>, non existente, omnino non est sacramentum et aliquod

f. 38 vb

est necessarium aliquo modo, scilicet ex parte ministri, ut est illud sine quo minister dispensando sacramentum non potest vitare peccatum aut quo obmisso ipse peccat. Conclusio prima : forma de qua queritur est necessaria secundo modo : cuilibet ministro cui competit ex officio baptizare<sup>705</sup> et qui subiectus est Ecclesiae romane tenetur necessario illam formam seruare quam ipsa romana imposuit ministris eis. Et talis est ista forma in quaestione posita, ut patet in argumento in oppositum questionis arguto. Nec aliquis huius minister cui conuenit ex officio baptizare<sup>706</sup> et qui est subiectus Ecclesiae romane potest se in hoc per ignoranciam excusare, quia quilibet tenetur scire illud quod est sui officij, ad quod ipse est deputatus secus. Forte est de eo qui baptizat<sup>707</sup> et non ex officio, sicut muliercule aliquando in vasu necessitatis baptizant<sup>708</sup>, et illas posset aliquando ignorancia excusare si obmitterent aliquid non necessario ad integritatem forme requisitum ; dummodo hoc facerent ex sola simplicitate et ignorantia et non ex malivolencia<sup>709</sup> aut ex imputabili negligentia. Non autem sic de ministris uel curatis ad hoc deputatis quibus<sup>710</sup> non licet ignorare que ad eorum officium pertinent. Et dico notanter minister subiectus Ecclesiae romane, quia Greci qui modo non obediunt Ecclesiae

f. 39 ra

romane non seruant illam formam de qua quaeritur questio, scilicet: “Ego baptizo<sup>711</sup> te in nomine Patris et Fily”, etcetera, sed significat istam : “Baptizetur<sup>712</sup> seruus Christi in nomine Patris et Fily”, etcetera. Et illa forma fuit eis instituta ex certa causa - ut dicitur posterius - et quamdiu illa causa durauit poterant ea licite vti, et si eandem formam Ecclesia romana quantum ad eos non prohibuit uel - si quo ad eos permisit - eam et eis concessit. Tunc licitum videtur eis istam formam continuare. Et patet quomodo forma de qua quaeritur est 2<sup>o</sup> modo necessaria, scilicet ex parte ministri subiecti Ecclesiae romane. Sed de forma necessaria primo modo, scilicet ex parte sacramenti, est conclusio 2<sup>a</sup>, quod forma de qua queritur questio non est quo

---

<sup>704</sup> Que ms.

<sup>705</sup> Baptizare ms.

<sup>706</sup> Baptizare ms.

<sup>707</sup> Baptizat ms.

<sup>708</sup> Baptisant ms.

<sup>709</sup> Mali violencia ms.

<sup>710</sup> Quos ms.

<sup>711</sup> Baptiso ms.

<sup>712</sup> Baptizetur ms.

ad omnia illa verba primo modo, scilicet quo ad veritatem et efficaciam sacramenti probatur, quia aliquibus verbis illius forme obmissis aut mutatis esset verum adhuc et efficax sacramentum. Igitur non sunt omnia praecisa ut in forma illa ponuntur. Primo modo necessaria tenet consequentia ex notabili 2<sup>o</sup> et antecedens probatur quia Graeci vere baptizant<sup>713</sup> et non seruant praecise praedictam formam de qua questio quaerit, ut dictum fuit praeuius. Quia autem Graeci sub sua forma vere baptizant<sup>714</sup> patet extra de baptismo capitulo. Licet ibi dicatur quod nec Graeci apud Latinos nec Latini apud

f. 39 rb

Graecos sunt rebaptizandi<sup>715</sup>, diceret aliquis que ergo verba sunt absolute necessaria ad hoc, quod sacramentum baptismi sit verum et efficax sacramentum. Pro isto est notandum quod 2<sup>m</sup> doctores in forma baptismi sunt aliqua verba pertinentia ad eam principaliter, alia autem pertinent ad eam non principaliter : sunt illa que exprimunt ministrum et actum baptizandi<sup>716</sup> et personam<sup>717</sup> suscipientem baptismum. Dicitur ergo primo quod vnum illorum, scilicet ministrum non est simpliciter necessarium aliquo verbo exprimi neque per pronomen cuiuscumque persone, quia expressio<sup>718</sup> ministri baptizantis<sup>719</sup> non est in verbis Christi Mathei vltimo dicentis: BAP<TI>ZANTES<sup>720</sup> EOS IN NOMINE PATRIS ET FILII<sup>721</sup> ET SPIRITUS SANCTI. Secundo dicitur quod alia duo, scilicet actum baptizandi<sup>722</sup> et suscipientem baptismum necessarium est exprimi ita quod si non exprimerentur non esset baptismus et ratio huius necessitatis, quia talia exprimuntur in verbis Christi Mathei vltimo dicentis: BAPTIZANTES<sup>723</sup>. Ecce actus baptizandi<sup>724</sup> eos, ecce suscipiens baptismum in nomine Patris et Filii<sup>725</sup> et Spiritus sancti. 3<sup>o</sup> dicitur quod - licet ad sacramentum necessario requiratur quod exprimatur actus ut suscipiens - tamen non oportet quod determinate exprimantur istis verbis quibus nos exprimimus, scilicet quod actus exprimatur per verbum indicativum modum et suscipiens per pronomen secunde persone. Sed potest actus exprimi per verbum

---

<sup>713</sup> Baptisant ms.

<sup>714</sup> Baptisant ms.

<sup>715</sup> Rebaptisandi ms.

<sup>716</sup> Baptisandi ms.

<sup>717</sup> Personanam ms.

<sup>718</sup> Expressio ms.

<sup>719</sup> Baptisantis ms.

<sup>720</sup> BAPSANTES ms.

<sup>721</sup> Sic!

<sup>722</sup> Baptisandi ms.

<sup>723</sup> BAPTISANTES ms.

<sup>724</sup> Baptisandi ms.

<sup>725</sup> Sic!

f. 39 va

alterius modi et persone et suscipiens per nomen alterius persone, quia Graeci vere baptizant<sup>726</sup>, ut dictum est, et tamen actum non exprimunt verbo indicatiuo sed optatiuo, et in 3<sup>a</sup> persona et suscipientem non exprimunt per pronomen 2<sup>e</sup> persone, sed per nomen 3<sup>e</sup> persone, ut patet in eorum forma. Verba autem pertinentia ad baptismum principaliter sunt illa: *In nomine Patris et Fily<sup>727</sup> et Spiritus sancti*, per que fit invocacio benedictae Trinitatis. Et circa ista dicitur quod invocacio sanctae Trinitatis necessario requiritur ad veritatem et efficaciam baptismi : siue enim illa non esset vnquam baptismus. Et patet per Magistrum in littera qui eciam probat auctoritate Zachariae proprie dicentis: “Firmissime praeceptum est in synodo angelorum ut quicumque sine invocatione Trinitatis immersus<sup>728</sup> fuerit sacramentum regenerationis non haberet”. Et subdit Papa quod omnino verum est, licet autem ad baptismum necessario requiratur invocatio Trinitatis ; est tamen dubium de verbis per que invocanda est, an scilicet illa verba, *in nomine Patris et Fily et Spiritus sancti* sint huiusmodi et sint sic de necessitate pertinentia ad formam baptismi, quod non liceat ea aliquo modo variare. De alys<sup>729</sup> enim verbis ministrum actum et suscipientem ex pertinentia satis dictum est praeuius, sed de istis nominibus diuinarum personarum, de quibus dubium est motum, est notandum prout colligitur ex sancto Thoma,

f. 39 vb

Scoto et Bonauentura, Thoma de Argentina et ceteris doctoribus. Quod, sicut in rebus corporalibus 4<sup>or</sup> modis contingunt mutaciones, scilicet in substancia, in quantitate, in qualitate et vbi, sic etiam circa verba baptismi potest 4<sup>or</sup> modis fieri mutacio. Primo secundum substanciam verborum, ut quod illa verba dimittentur et pro eis alia ponantur aut saltem aliquod eorum imitatur<sup>730</sup> et aliud pro eo ponatur. Et hoc contingit dupliciter : vno modo sic, quod mutantur verba et tamen manet omnino eadem significacio - sicut fit quando illa verba de Latino trasferuntur in Dewtonicum<sup>731</sup> uel in aliud quodcumque ydioma<sup>732</sup> - et tunc nulla fit per hoc mutacio circa baptismum nec aliquod est impedimentum quo ad sacramentum, quia in quacumque lingwa<sup>733</sup> proferatur forma a Christo tradita et ab Ecclesia determinata vere confertur baptismus. Quia tunc non mutatur forma nisi vocaliter, et nullo modo 2<sup>m</sup>

---

<sup>726</sup> Baptisant ms.

<sup>727</sup> Sic!

<sup>728</sup> Inmersus ms.

<sup>729</sup> Sic!

<sup>730</sup> Ymittatur ms.

<sup>731</sup> Sic!

<sup>732</sup> Ydeoma ms.

<sup>733</sup> Ligwa ms.

significatum aut modum significandi peccaret tamen qui - ex leuitate aut sine rationabili causa - ydioma<sup>734</sup> in quo in tali Ecclesia consuetum<sup>735</sup> est baptizare<sup>736</sup> mutaret in aliud ydioma<sup>737</sup> - et dicit Scotus quod forte non licet baptizanti<sup>738</sup> ex officio et solempniter vti verbis cuiuscumque alterius lingwe<sup>739</sup> sicut nec in confectione Ewcaristiae, quia ordinauit Ecclesia romana quod ecclesiastica officia dicantur et sacramenta ministrantur in latino grammatico

f. 40 ra

et hoc racionabiliter, quia illud distinctius potest scribi et proferri. Alio modo potest in forma verborum fieri mutatio 2<sup>m</sup> substantiam<sup>740</sup> ita quod non solum verba mutantur, sed etiam significacio, et hoc iterum diupliciter. Primo quod loco verborum aut alicuius eorum ponatur aliud omnino disparatum<sup>741</sup> quod ad vocem et quod ad significatum, aliud existens a voce pro qua ponitur, ut si loco illius tocius *in nomine Patris et Fily et Spiritus sancti* poneretur hoc complexum: *in nomine sanctae Marie et beati Nicolay*<sup>742</sup> uel loco *Patris* poneretur hic<sup>743</sup> lapis, aut loco *Fily* poneretur *Mariae virginis* et aliud simile. Vt si diceretur: *Ego te baptizo*<sup>744</sup> *in nomine Mariae virginis et beati Nicolay*, aut diceretur *Ego te baptizo in nomine Patris et Mariae virginis*, tunc mutatur forma in substantia quia ponuntur ibi alia verba non solum voce, sed etiam quo ad significatum, ut notum est, et quando sic fit, tunc non est baptismus, quia forma omnino non seruatur. Secundo fit mutatio secundum substantiam quo ad vocem et quo ad significatum sic, quod loco alicuius nominis personalium ponatur aliquid non idem significans, sed alio modo ut quod loco ipsorum nominum personalium ponantur nomina nocionalia, vt dicatur : “Ego baptizo<sup>745</sup> te in nomine genitoris et geniti et spiritati”. Et tunc non est baptismus, quia non significatur forma in hys<sup>746</sup> que necessario requiruntur ad eam.

Illa

f. 40 rb

---

<sup>734</sup> Ydeonia ms.

<sup>735</sup> Sic!

<sup>736</sup> Baptizare ms.

<sup>737</sup> Ydeoma ms.

<sup>738</sup> Baptizanti ms.

<sup>739</sup> Ligwe ms.

<sup>740</sup> Subsantiam ms.

<sup>741</sup> Dispatum ms.

<sup>742</sup> Sic!

<sup>743</sup> Ly ms.

<sup>744</sup> Baptiso ms.

<sup>745</sup> Baptiso ms.

<sup>746</sup> Sic!

enim nomina : *genitoris, genitus, spiritatus*<sup>747</sup> non significant personas diuinas per modo subsistentiarum, qualiter tamen Christus voluit personas in forma baptismi significari, et taliter eas expressit<sup>748</sup> Mathei ultimo. Diceret aliquis : illa nomina - *genitoris* et *genitus*, etcetera - idem significant cum istis Pater, Filius, etcetera ; igitur per illa potest fieri baptismus sicut per alia videtur quod, licet idem significant, non tamen eodem modo, quia ut dixi illa nomina *genitoris*, etcetera significant actus nocionales. Alia autem, scilicet *Pater* , *Filius*, significant personas diuinas expressim<sup>749</sup> et eis virtutem dedit Mathei ultimo, cum Ihesus<sup>750</sup> apostolos ad baptizandum misit : ad Eius officium solemniter baptizandi<sup>751</sup> contulit. Sic dicunt Sanctus Thomas, Bonaventura, Scotus, Petrus Aureoli et doctores theologi, sed Hostiensis dicit oppositum. Dicit enim : qui baptizat<sup>752</sup> in nomine genitoris et geniti et sacri flaminis, licet peccet mutando formam Ecclesiae, vere tamen baptizat<sup>753</sup>. Probat hoc, quia non refert vtrum ex equipollentibus<sup>754</sup> aliquod dicatur, modo certum est quod *pater* et *genitor* equipollerent<sup>755</sup> *filius* et *genitus*. Sed ad hoc respondet quidam doctor, scilicet Bacon<sup>756</sup>, dicens quod illud dictum non refert vtrum ex equipollentibus<sup>757</sup> idem dicatur. Verum est et tenet in statutis, sed non tenet in sacramentis. Si vero loco huius tocius *in nomine Patris et Fily et Spiritum sancti* poneretur nomine Trinitatis, ut diceretur : “Ego te baptizo in nomine Trinitatis”

f. 40 va

aut poneretur loco eius nomen Christi, dicendo : “Ego te baptizo in nomine Christi”, an tunc esset verus baptismus, de hoc diceretur<sup>758</sup> posterius in solucione rationum et hoc sit dictum de mutatione forme quo ad substantiam. 2° modo contingit mutacionem formae fieri in quantitate, et hoc fit dupliciter. Vno modo ad formam addendo et nichil ei subtrahendo, et hoc tripliciter contingit fieri : primo sic, quod illud additum fit vna condicio non constans siue non existens, ut si sacerdos simpliciter dicat : « Ego baptizo te si sum episcopus in nomine Patris et Fily<sup>759</sup> et Spiritus sancti ». 2° sic, quod illud additum sit aliquid distrahens aut diminuens

---

<sup>747</sup> Spiratus ms.

<sup>748</sup> Expraessit ms.

<sup>749</sup> Expraessit ms.

<sup>750</sup> Ihesus om. ms.

<sup>751</sup> Baptisandi ms.

<sup>752</sup> Baptisat ms.

<sup>753</sup> Baptisat ms.

<sup>754</sup> Equipolentibus ms.

<sup>755</sup> Equipolarent ms.

<sup>756</sup> Bachon ms.

<sup>757</sup> Equipolentibus ms.

<sup>758</sup> Dicetur ms.

<sup>759</sup> Sic!

diuinae naturae dignitatem uel personarum equalitatem, ut dicat : « Ego te baptizo<sup>760</sup> in nomine Patris maioris et Fily<sup>761</sup> minoris », etcetera, vel si additum esset repugnans persone cui additur, ut dicendo *in nomine Patris geniti et Fily<sup>762</sup> genitoris*. 3° sic, quod illud additum non sit diminuens, nec distrahens, nec repugnans persone cuius nomini additur. Tamen ille qui addit intendit per hanc nouam formam inducere, credens<sup>763</sup> formam hucusque ad Ecclesiam obseruatam non sufficere. Illis tribus modis semper tollitur baptismi virtus quia, quandocumque illo modo aliquid additur ad formam aut tali intencione, tunc non est baptismus nec ille est baptizatus. Si autem tale additum non distrahit, nec diminit nec etiam baptizans,

f. 40 vb

per hoc intendit nouam formam inducere : apponit illud ex simplicitate sola aut deuocione, ut sepe faciunt muliercule cum in casu necessitatis paruulos baptizant<sup>764</sup>. Tunc per hoc non tollitur virtus et veritas baptismi, ut si diceretur: “Ego te baptizo in nomine Patris omnipotentis et Fily<sup>765</sup> infinite sapientis et Spiritus sancti infinite boni”, aut diceretur: “Ego te baptizo in nomine Patris et Fily<sup>766</sup> et Spiritus sancti et beatae Mariae virginis”, aut alio simili modo. Tunc esset vere baptismus ex quo illud additum non est distrahens, nec diminuens, nec persone cui additur repugnans, et ex quo baptizans non intendit per hoc nouam formam inducere, sed facit ex simplicitate aut deuocione. 2° modo fit mutacio forme in quantitate et hoc ipsi forme aliquid subtrahendo et nichil loco eius reponendo, et tunc uel subtrahitur dicio integra necessario requisita ad formam baptismi - et tunc non est baptismus - uel subtrahitur aliqua dictio non necessario requisita ad formam baptismi - et tunc manet verus baptismus, licet peccet qui subtrahit -. Et dicit Scotus quod si subtrahitur non integra dictio, sed per sincopam<sup>767</sup> subtrahitur tantum sillaba aut littera etiam a dictione<sup>768</sup> necessario requisita et non fit hoc maliciose, scilicet ad introducendam nouam formam, tunc non destruitur per hoc forma baptismi.

f. 41 ra

---

<sup>760</sup> Baptiso ms.

<sup>761</sup> Sic!

<sup>762</sup> Sic!

<sup>763</sup> Necdens ms.

<sup>764</sup> Baptisant ms.

<sup>765</sup> Sic!

<sup>766</sup> Sic!

<sup>767</sup> Sic!

<sup>768</sup> Dctione ms.

Non enim voluit Deus omnino determinare hominem ad verba in sacramentis vltra istum modum<sup>769</sup> quo verba sufficiunt ad exprimendum mentis contemptum, sed cum syncopa<sup>770</sup> bene intelligit, audiens loquentis conceptum. Et subdit Scotus quod tamen hoc est magis hic cauendum in alys<sup>771</sup> verbis propter reuerentiam sacramenti. Et item subiungit : “Non auderem dicere quod non vitans illam sincopacionem peccet mortaliter, cum non sincopat ex contemptu et maliciose, sed ex quadam infirmitate lingwe<sup>772</sup> uel etiam ex inconsideracione humana que non cauet in omnibus et quantum posset”. 3° contingit fieri mutacionem forme quo ad qualitatem puta verba incorrecte proferendo, vel ea frangendo, uel corrumpendo, ut etiam iam dictum fuit. Potest autem hoc dupliciter contingere. Primo voluntarie et maliciose, et tunc taliter faciens non tenet formam baptismi nec videtur intendere, quod intendit Ecclesia : per consequens non baptizat. 2° modo contingit hoc ex ignorancia ydiomaticis<sup>773</sup> aut ex inpotencia loquendi aut etiam ex inconsideracione, et hoc adhuc dupliciter contingit. Primo modo sic, quod huiusmodi corruptio et imitacio verborum non est tanta quando maneat adhuc significacio verborum ; tunc est adhuc verum sacramentum et - ut dixi praeuius ex verbis Scoti - tales

f. 41 rb

qui propter lingwe<sup>774</sup> impedimentum balbuciendo verba corrumpunt cauere dicunt quantum possunt et conari ad perfecte et integre proferendum, ne contingat eos circa<sup>775</sup> sacramentum negligenter agere et grauiter peccare, cum tam dignam rem et salutarem tractant tam inaduertenter. 2° modo contingit illa mutatio formae in qualitate ex ignorancia, aut in potencia loquendi, aut ex inaduertencia, et illo modo quod fit talis et tanta mutacio et corruptio quod etiam mutatur significacio, ut verbi gratia debet dicere *pater* et dicit *patria*. Tunc uel est tanta corruptio quod non solum mutatur significatio quantum ad propriam nominis impositionem, sed etiam quantum ad vsus adcomodationem<sup>776</sup>, ita quod communiter non potest intelligi quid intendat ille qui loquitur - tunc non est verus baptismus - vel, si mutetur significatio quantum ad nominis impositionem, manet tamen vsus adcomodacio<sup>777</sup>. Putatur quod adhuc communiter bene intelligitur quid intendat iste qui loquitur sicut multociens audimus

---

<sup>769</sup> Modo ms.

<sup>770</sup> Sincopa ms.

<sup>771</sup> Sic!

<sup>772</sup> Ligwe ms.

<sup>773</sup> Ydeomatis ms.

<sup>774</sup> Ligwe ms.

<sup>775</sup> Circa *it.* ms.

<sup>776</sup> Acomodacionem ms.

<sup>777</sup> Acomodacio ms.

illitteratos<sup>778</sup> incongrue et incorrupte loqui, et tamen bene concipimus quod volunt eiam quantum ad singula verba. Et in illo casu est verus baptismus, quod patet per canonem. Retulerunt de consecratione distinctione 4<sup>a</sup>, vbi dicitur de quodam sacerdote qui, cum esset graecus et in latina Ecclesia baptizaret<sup>779</sup>, voluit se eidem Ecclesie conformare quomodo ad ydioma<sup>780</sup>

f. 41 va

et baptizauit dicens : « In nomine Patria<sup>781</sup> et Filia<sup>782</sup> et Spiritu sancta et Pape. Super hoc requisitus respondit quod, si fecit hoc ex impericia lingwe<sup>783</sup> latine, non intendens errorem inducere, non sunt baptizandi<sup>784</sup> denuo quos baptizauit<sup>785</sup>. 4<sup>o</sup> modo contingit in verbis forme fieri mutacionem quo ad vbi siue ad instar mutacionis localis, et hoc potest fieri dupliciter. Vno modo per transposicionem, alio modo per interposicionem. Per transposicionem contingit dupliciter : primo ex certa malicia, ut cum baptizans<sup>786</sup> transponit aliquid in forma intendens illud sic transpositum esse veram formam et praecisam et volens per hoc inducere nouum ritum. Et tunc non intendit vti forma qua Ecclesia vtitur, et ideo non baptizat<sup>787</sup>. 2<sup>o</sup> modo contingit huius trasposicio ex simplicitate aut lapsu lingwe<sup>788</sup>, et hoc fit dupliciter. Vno modo sic, quod huiusmodi transposicio totaliter mutat sensum orationis, puta si dicat : « Ego Patris te baptizo<sup>789</sup>, Fily<sup>790</sup>, in nomine Spiritus sancti » uel aliquo tali modo. Et tunc non est baptismus eo, quod talis transposicio aufert<sup>791</sup> conceptum orationis secundum quem est instituta. 2<sup>o</sup> modo fit sic, quod ex transposicione non mutatur suam orationis. Tunc est verus baptismus, vt si dicat quis : « Ego baptizo<sup>792</sup> te in Patris et Fily<sup>793</sup> et Spiritus sancti

---

<sup>778</sup> Illiceratos ms.

<sup>779</sup> Baptisaret ms.

<sup>780</sup> Ydeoma ms.

<sup>781</sup> Patria ms.

<sup>782</sup> Filia ms.

<sup>783</sup> Ligwe ms.

<sup>784</sup> Baptisandi ms.

<sup>785</sup> Baptisauit ms.

<sup>786</sup> Baptisans ms.

<sup>787</sup> Baptisat ms.

<sup>788</sup> Ligwe ms.

<sup>789</sup> Baptizo ms.

<sup>790</sup> Sic!

<sup>791</sup> Auffert ms.

<sup>792</sup> Baptiso ms.

<sup>793</sup> Sic!

nomine », uel dicat « Ego te baptizo in Fily<sup>794</sup> et Patris et Spiritus sancti nomine ». Cum enim illud fit sine dogmatizatione<sup>795</sup> erroris non impedit

f. 41 vb

sacramentum et ratio est, quia in ipsis verbis intelligitur ordo Personarum, sic scilicet quod Filius a Patre procedit. Et dicit Scotus quod, licet esset congruum in proferendo nomina Personarum seruare ordinem qui est in origine earum et licet hoc sit etiam necessarium quo ad ministrum, tamen non videtur omnino necessarium quo ad sacramentum, quia Persone, quocumque ordine nominantur, sunt vnum efficiens principale in baptismo. 2<sup>o</sup> modo contingit fieri mutationem forme per interposicionem ut, si sacerdos immergendo<sup>796</sup> diceret : *Ego te baptizo*<sup>797</sup>, ista aqua est nimis frigida. *In nomine Patris et Fily*<sup>798</sup> *et Spiritus sancti* hoc potest fieri dupliciter, quia aut fit ita longa interposicio quia 2<sup>m</sup> communem intelligentiam esset omnino disconcinata locucio - et quod humano modo indicatur, quod accio baptismalis sit penitus disconcinata - vel, cum mora et interposicio tanta est quod disconcinat intencionem, tunc forma verborum debet reincipi, alias non esset verus baptismus. Si autem interueniat paruula morula per interposicionem alicuius breuis sermonis uel prosternacionem<sup>799</sup>, tunc erit verus baptismus et non oportet formam reincipere dummodo talis impositio non fiat in fraudem et ex malicia cum intencione, introducendo nouam formam. Et hoc vult etiam Hostiensis, dicens quod si interponatur mora compendiosa ut spuendo, uel tussiando<sup>800</sup>, uel oscitando

f. 42 ra

non impeditur baptismus, nec oportet reincipere verba. Ad rationes, ad primam dicit S<anctus> Thomas quod agens principale in baptismate significatur in invocacione Trinitatis que invisibiliter<sup>801</sup> agit effectum gratuitum in anima, et ideo circa actum exteriorem materialem ponitur agens secundarium, scilicet minister sacramenti. Ad 2<sup>m</sup> respondet Scotus quod, ut ex dictis patet, non est simpliciter de necessitate formae ille n<e>cessarius, ergo<sup>802</sup> siue quod ponatur implicite, siue quod intelligatur implicite in verbo primae persone. Si enim

---

794

Sic!

795

Dogmatisatione ms.

796

In mergendo ms.

797

Baptiso ms.

798

Sic!

799

Per sternutationem ms.

800

Thiussiando ms.

801

Invisibiliter ms.

802

Ego ms.

in forma nec implicite, nec explicite poneretur adhuc esset verus baptismus. Tamen quantum ad Ecclesiam latinam ad minus post tempus Alexandri<sup>803</sup> necesse est ministro exprimere hic<sup>804</sup> ergo<sup>805</sup>: si enim obmitteret, grauitur peccaret. Ad 3<sup>um</sup> dicitur quod maior est vera de illis verbis que proferuntur solum causa significacionis : talia enim frustra proferuntur ad res non perceptiuas ad sensus eorum, non est autem maior verba de illis que proferuntur causa efficiendi ut sit in sacramentis, vbi verba proferuntur propter efficere effectum gratuitum in anima. Et talia oportet proferri ad res eis non intelligentes, ymo<sup>806</sup> ad res non sencientes. Et ideo dicimus ad Psal<mos> : EXORCIZO TE CREATURA SALIS. Ad 4<sup>m</sup> dicitur 2<sup>m</sup> Sanctum Thomam et Bonauenturam quod Dominus in verbis illis non intendit principaliter tradere formam baptismi, quia praeuius eam tradidit

f. 42 rb

apostolis quando etiam ante passionem Domini baptizabant<sup>807</sup>, ut dicitur Johannis 3°. Sed per illa verba intendebat eis percipere actum baptizandi<sup>808</sup> et committere offitium publice baptizandi<sup>809</sup> 2<sup>m</sup> formam hanc praeuius eis traditam. Et ideo, licet illa forma communis non ponatur in verbis illis expresse<sup>810</sup> quomodo<sup>811</sup> ad omnia Ecclesiae, tamen eam ex illis verbis elicuit et ab apostolis eam recepit. Vel, secundum Scotum, Christus Dominus expressit<sup>812</sup> verba que sunt principaliora in forma illa ut sunt illa per que fit invocacio sanctae Trinitatis; expressit<sup>813</sup> etiam minus principalia uel que significant actum et **eis** suscipientem. Prima semper seruanda sunt in forma qua Dominus ea expressit<sup>814</sup>, sed quo ad secundam dimisit in potestatem Ecclesiae determinare, quibus verbis, scilicet principale uel 3<sup>e</sup> persone indicatiui uel optatiui<sup>815</sup> modi exprimeretur actus et persona suscipiens. Et Ecclesia latina elegit exprimere suscipientem in secunda persona et actum indicatum<sup>816</sup>, ut per hoc notaret ministrum vere conferre sacramentum, Ecclesia vero graeca elegit aliter, scilicet exprimere suscipientem in 3<sup>a</sup> persona et actum optatum, et hoc ex causa rationali quam tunc habuerunt,

---

803 Allexandri ms.

804 Hy ms.

805 Ego ms.

806 Sic!

807 Baptisabant ms.

808 Baptisandi ms.

809 Baptisandi ms.

810 Expraesse ms.

811 Quo ms.

812 Expraessit ms.

813 Expraessitms.

814 Expraessit ms.

815 Optai ms.

816 Indicatim ms.

ut dicitur in sequenti solucione. Ad 5<sup>m</sup> dicitur quod ipsi seruant omnia que sunt de essencia forme, ut fuit in quaestione declaratum, sed variant accidentalia quia obmittunt personam

f. 42 va

baptizantem<sup>817</sup> et exprimunt actum verbo optatiuo. Vbi nos exprimimus indicatiue, et suscipientem exprimunt in 3<sup>a</sup> persona et nos in secunda, et huius causam scribit apostolus Prime ad Corinthios 3<sup>o</sup> : HEC DICO, QUOD VNUSQUISQUE VESTRUM DICIT : EGO QUIDEM SUM PAULI ET EGO APOLLO<sup>818</sup>. Gloriabatur enim de ministris baptismi qui eos baptizauerunt<sup>819</sup> quasi istis ministris baptismus adscribendus<sup>820</sup> esset est super hoc. Redarguit eos apostolus dicens : DIVISUS EST CHRISTUS. Propter hoc ordinatum fuit inter eos ad hoc scisma tollendum ne minister exprimeretur nec actus in indicatiuo, sed in optatiuo modo, quia sic minister non significabatur ut actor baptismi, sed tantum ut minister orans et desiderans effectum baptismi conferri a Deo. Ordinatam eciam fuit inter eos ut, persona suscipiens, non exprimeretur in secunda persona sed in 3<sup>a</sup>, quasi, illud quod recipit non praeise reciperet ab aliquo sermone sibi dirigente. Addit Scotus quod melius potuisset suscipiens expressus<sup>821</sup> fuisse nomine proprio quod sub hoc complexo<sup>822</sup> seruus Christi, quia non baptizatur seruus Christi, sed baptizatur quis ut fiat seruus Christi loquendo de seruicio spirituali, quod Christianus est seruus Christi. Ad 6<sup>m</sup> dicitur secundum Sanctum Thomam quod vox non dicitur nomen nisi 2<sup>m</sup> quod faciat<sup>823</sup> noticiam rei ; non enim dicitur quasi notamen, habemus autem noticiam de Trinitate per fidem et quia est vna fides

f. 42 vb

et vna professio fidei, quamuis sint diuerse voces significantes tres personas. Et ideo non dicitur in nominibus, sed in nomine quasi in invocacione Trinitatis que fit per confessionem exteriorem interioris fidei. Nam - ut dicit Magister in littera - ibi invocatur Trinitas ut invisibiliter operetur in illius anima per se, sicut exterius operatur<sup>824</sup> visibiliter per ministrum. Ad 7<sup>m</sup> dicitur quod apostoli in primitiua Ecclesia baptizabant<sup>825</sup> in nomine Christi, ut habetur Actuum 2<sup>o</sup> et 10<sup>o</sup>, et hoc fuit non ex propria apostolorum auctoritate, sed fuit ex diuina

---

817 Baptisantem ms.

818 Appollo ms.

819 Baptisauerunt ms.

820 Asscribendus ms.

821 Expraessus ms.

822 Complexo ms.

823 Facia ms.

824 Oparatur ms.

825 Baptisabant ms.

dispensacione que tunc isti verbo dedit virtutem et illius fuit vna ratio, quia hoc nomen – Christus - implicite importat personas diuinas per quandam correspondenciam effectus ad causam. Hoc enim nomen - Christus - significat Filium qui 2<sup>m</sup> naturam humanam vnctus est, et dat intelligere Patrem a quo vnctus est et Spiritum sanctum quo vnctus est, et sic implicite concordabat cum forma praesenti. Alia ratio fuit quia non Christi fuit ignotum et contumeliosum utpote crucifixi, igitur uel notum fieret et publicaretur ac in reuencia haberetur apostoli tunc temporis eo vsi sunt ex dispensacione diuina. 2<sup>o</sup> dicunt doctores : qui nunc sic baptizaret, grauiter peccaret. Patet quia legem superioris nullus inferior potest reuocare neque simpliciter, nec ad tempus. Sed lex de baptizando<sup>826</sup> in illa nostra forma, *In nomine Patris et* f. 43 ra

*Fily*<sup>827</sup> *et Spiritus sancti*, promulgata fuit a Christo Mathei vltimo. Igitur pro tempore pro quo Christus eam non reuocat nullus alius potest eam reuocare, sed licet in illa lege dispensauerit pro tempore primitiue Ecclesie eo, quod tunc fuit ratio dispensandi<sup>828</sup> ut diulgaretur nomen Christi et fiat hominibus amabile cum eis in illo nomine esset, salus tamen, illa ratione cessante, non dispensauit. Igitur nullus inferior pro tempore illo posteriori potest aliquo modo ab illa lege absoluere. Sed diceret aliquis : licet sic sit, quod iam baptizans<sup>829</sup> in nomine Christi peccaret grauiter, est tamen adhuc dubium an talis esset baptizatus<sup>830</sup> aut debet rebaptizari<sup>831</sup>. Respondet Bonauentura et idem vult Sanctus Thomas quod sic faciens non baptizaret<sup>832</sup> nec talis esset baptizatus<sup>833</sup>, sed rebaptizandus<sup>834</sup> quia, cum sit vnica fides in Ecclesia cuius ibi fit professio vnica debet esse forma baptizandi<sup>835</sup> quo ad illa principaliora nomina in forma posita, propter hoc tota Ecclesia latina et graeca baptizat<sup>836</sup> explicite in nomine trium Personarum diuinarum. Forma enim communiter tradita semper manet nisi per forme institutorem fiat pro aliquo tempore dispensacio, forma autem dispensatiue tradita non fuit tradita nisi pro tempore pro quo fuit ratio dispensandi, ut scilicet diulgaretur nomine Christi. Ideo cessante illo tempore dispensacionis manet solum illa forma que

---

826 Baptizando ms.

827 Sic!

828 Dispendi ms.

829 Baptisans ms.

830 Baptisatus ms.

831 Rebaptisari ms.

832 Baptisaret ms.

833 Baptisatus ms.

834 Rebaptizandus ms.

835 Baptisandi ms.

836 Baptisat ms.

f. 43 rb

fuit forma ex institutione. Scotus vero dicit quod non audeat dicere quod baptizatus<sup>837</sup> hoc nostro tempore in nomine esset vere baptizatus<sup>838</sup>, sed nec audeat dicere quod non esset baptizatus quia, ut dicit, non legi, vbi illa dispensacio facta tempore apostolorum fuerit, posterius reuocata. Et subdit dicens quod in hoc casu reputet dubium an talis baptizatus<sup>839</sup> sit, an non. Et dat in hoc bonum et cautum consilium, scilicet quod circa illum tale habeatur remedium sicut in alys<sup>840</sup> dubys<sup>841</sup>, de quo remedio scribitur extra de baptismo et eius effectu, vbi dicitur de quibus : dubium est an sint<sup>842</sup> baptizati<sup>843</sup> an non baptizentur<sup>844</sup> ex verbis istis. Si baptizatus<sup>845</sup> es, non te baptizo<sup>846</sup>, sed si non est baptizatus<sup>847</sup>, ego te baptizo<sup>848</sup> *in nomine Patris et Fily<sup>849</sup> et Spiritus sancti*. Et subdit Scotus quod in omnibus dubys<sup>850</sup> circa sacramenta siue quantum ad materiam, siue quantum ad formam, sunt tres et maxime generales regule quasi ex se note. Prima quod si possibilitas adest via tutissima est eligenda. 2<sup>a</sup>, si non adest possibilitas via proxima tutissima est eligenda. 3<sup>a</sup>, cessante impossibilitate, caute est supplendum quod impossibilitas<sup>851</sup> prohibeat et quod addebatur in illa septima racione, quod sufficeret dicere: “In nomine Trinitatis”. Respondetur quod non, quia Dominus tradendo formam baptismi explicauit ipsas personas, et sic intellexit eas per alios

f. 43 va

explicandas, et hoc etiam omnis Ecclesia tenet, sed per nomen Trinitatis non explicite sed implicite tantum significatur. Ad octauum patet ex dictis quod licet ‘pater’ et ‘genitor’ idem significant, non tamen eodem modo neque 2<sup>m</sup> eundem conceptum, quia pater significat ‘suppositum diuinum per modum subsistentis’, sed genitor ‘per modum proprietatis’ et ita intelligatur de Filio et genito et ergo non est data eadem vis istis verbis que istis, ut dictum fuit. Ad nonum respondetur 2<sup>m</sup> S<anctum> T<homam> quod 2<sup>m</sup> quosdam sufficit quantum ad

---

837 Baptisatus ms.  
838 Baptisatus ms.  
839 Baptisatus ms.  
840 Sic!  
841 Sic!  
842 Sint emend. ms.  
843 Baptisati ms.  
844 Baptisentur ms.  
845 Baptisatus ms.  
846 Baptiso ms.  
847 Baptisatus ms.  
848 Baptiso ms.  
849 Sic!  
850 Sic!  
851 Inpossibilitas ms.

invocationem Trinitatis, ut nichil minuatur aut subtrahatur de forma intelligibili quamvis minui possit de forma sensibili, id est exteriori et vocali, quia in vna persona omnes intelliguntur. Et ideo dicebant illi quod quando eciam vna sola persona exprimeretur in forma plenus esset baptismus, si saltem interius in corde esset fides plena et integra de Trinitate. Sed ut subdit Sanctus Thomas, quia fides persone baptizantis uel etiam infidelitas eius nichil prodest, neque etiam nocet ad baptismum qui sit in virtute fidei Ecclesiae. Et ideo communiter dicunt doctores quod oportet in baptizando<sup>852</sup> omnes tres Personas exprimi, et si vna earum non exprimeretur non esset baptismus, ut etiam dictum fuit praeuius. Ad verbum autem beati Ambrosii multipliciter respondetur: quidam enim dicunt quod, cum Ambrosius dicit: « Plenum est sacramentum », ponit sacramento pro fide, quia qui vnam solam personam exprimit et confitetur ore, si alias corde

f. 43 vb

teneat et credat, plena est fides. Et sic etiam dicit Bonaventura quod sacramentum fidei ponit pro fide que per sacramentum significatur. Vel dicitur quod, si intelligitur de sacramento, tunc habet locum in casu, scilicet quando - vna sola persona nominata - puer deficeret in manibus sacerdotis: creditur enim quod summus sacerdos sua misericordia supplet defectum, nec aliquo modo dimitteret imperfectum quod bene fuerat inchoatum. Vel intelligitur verbum Ambrosii: in simili casu in quo apostoli in nomine Christi baptizabant<sup>853</sup>, si enim Ecclesia ex familiari consilio Spiritus sancti et rationabili euidenti causa hoc ordinaret, posset fieri<sup>854</sup> - sicut tunc fiebat in nomine Christi - et illa solutio magis consonat verbis beati Ambrosii. Et adhuc dubium circa formam illam, scilicet an expressio<sup>855</sup> vocalis verbi sit de quidditate<sup>856</sup> et essentia baptismi, et videtur quod non, quia dicit Augustinus super Iohannem: “Accedit verbum ad elementum et fit sacramentum” non quia dicitur, sed quia creditur<sup>857</sup>. Igitur si verbum non profert, sed nec mente creditur, fit verum sacramentum. 2<sup>o</sup>: Christus Dominus baptizatus est sine forma verborum, expressa<sup>858</sup> igitur ad exemplar eius possumus et nos baptizari<sup>859</sup> sine vlla expressione<sup>860</sup> verborum. Respondetur 2<sup>m</sup> doctores quod necesse est exprimi verbum vocale quia Deus contulit vim verbo vocali, vnde sine forma verborum

---

852 Baptizando ms.  
 853 Baptisabant ms.  
 854 Sic!  
 855 Expressio ms.  
 856 Quidditate ms.  
 857 Credit ms.  
 858 Expressa ms.  
 859 Baptisari ms.  
 860 Expressione ms.

vocaliter expressa<sup>861</sup> non est baptismus vllius efficacie. Racio autem quare Dominus voluit verbum exprimi est perfecta fidei professio,

f. 44 ra

scilicet ut fit in facto et in verbo, et est etiam perfecta significatio actoris ipsius baptismi, scilicet Verbi incarnati, quod optime significatur per verbum vocale. Item dicit Augustinus super Iohannem et allegat Magister in littera : « Verbo baptisma consecratur ». Detrahe verbum et quid aqua nisi aqua et quod intelligat de verbo vocali. Patet quia iterum dicitur in littera, in ipso uerbo aliud est sonus transiens et aliud virtus manens. Ad primum argumentum dicitur quod oportet ibi suppleri aliquid, ut scilicet dicatur : « Accedit verbum ad elementum et fit sacramentum ». Non quia dicitur : « Supple a te tantum », sed quia creditur : « Supple ab Ecclesia : non enim oportet quod credatur a persona baptizante<sup>862</sup>, ut dicitur posterius, sed sufficit fides Ecclesiae. Ad 2<sup>m</sup> dicitur quod non est simile de baptismo Christi et nostro, quia de baptismo Christi aqua non fuit sanctificans, igitur non oportuit exprimere verbum vocale, sed ipsa aqua fuit sanctificata a contactu carnis Christi. Vel dicitur quod maior fuit in Christi baptismo expressio<sup>863</sup> Trinitatis quam vocalis, quia plus est expressio<sup>864</sup> in facto quam in solo verbo fuit autem ibi expressio<sup>865</sup> sancte Trinitatis in facto, quia Pater in voce ibidem apparuit, Filius in humana carne, Spiritus sanctus in columbe specie, et per hoc fuit praefigurata forma vera baptismi. Tercio queritur vtrum aqua elementaris sola sit conueniens baptismi materia. Arguitur

f. 44 rb

quod non, quia baptismus est principium vite spiritualis et maxime est sacramentum necessitatis, sed aer habet maximam conuenientiam cum vita, quia est callidus et humidus et est communissimum elementum, ut nulli propter eius penuriam posset esse periculum sicut quandoque paruulis est periculum propter defectum aque. Igitur baptismus deberet in area fieri et non in aqua. 2<sup>o</sup> per baptismum configuramur sepulturae Christi *ad Romanos 6<sup>o</sup>*, sed Christus in terra sepultus fuit, igitur baptismus deberet fieri in terra et non in aqua. 3<sup>o</sup> ex latere Christi fluxit in aliam in qua constitutus est baptismus extra de celebratione missarum in quadam. Sed illud quod fluxit ibi non fuit aqua elementaris, sed flewma<sup>866</sup>, quia in corpore mortuo non

---

861 Expraessa ms:  
862 Baptisante ms.  
863 Expraessio ms.  
864 Expraessio ms.  
865 Expraessio ms.  
866 Sic!

statim est humor qui sit aqua elementaris, nec per vvlneracionem exyt<sup>867</sup> aliquis humor nisi qui tempore aspercionis<sup>868</sup> in corpore fuit. Sed tunc non erat ibi aqua pura. 4<sup>to</sup> si aqua elementaris esset materia baptismi, tunc in omni aqua elementari posset fieri baptismus, quia quaelibet esset materia eius. Sed hoc non igitur minor probatur, quia Dominus tactu sue carnis dedit aquis vim regeneratiuam, sed non tetigit nisi aquas Iordanis. Igitur sole aque Iordanis essent materia apta baptismi et non quaelibet elementaris. In oppositum est illud Iohannis 3<sup>o</sup>, ut : QUIS RENATUS FUERIT EX AQUA ET SPIRITU SANCTO. Conclusio

f. 44 va

prima : ablucio est materia baptismi propinqua et sola elementaris a qua est materia baptismi remota. Dicitur autem ablucio materia baptismi propinqua quia ipsa est ipsemet baptismus. Et significat immediate<sup>869</sup> effectum baptismi, scilicet interiorem ablucionem animae a peccato intelligendo, sicut praeuius dictum fuit, per ablucionem ipsam tinctionem uel contactum corporis cum aqua ; et aqua dicitur materia baptismi remota, quia oportet locionem fieri in aqua si debet esse baptismus. Tunc patet conclusio ex institucione Christi Iohannis 3<sup>o</sup>, vt allegatum fuit in oppositum questionis. Quare autem a Christo sit institutum sic huius doctores plures dant congruencias valde aptas : aqua enim est frigida, mundificatiua, lucida, necessaria et communis et hec proprietates omnes racionabiliter conveniunt huiusmodi in quo debet fieri baptismus. Cum baptismus habeat proprietates similes spirituales quas naturales aque proprietates apte repraesentant baptismus est ad reprimendum estum concupiscentiae, et ille effectus significatur per frigiditatem et ideo decens est, ut yeme<sup>870</sup> non accipiatur aqua nimis callida, uel maneat illa significatio. 2<sup>o</sup>, baptismus est ad mundificationem animae a peccato originali per gratiam interius lauantiem<sup>871</sup>, et ille effectus significatur per secundam condicionem aque que inter omnes liquores maxime abluit et mundificat. 3<sup>o</sup>, est baptismus ad illustrandam mentem claritate

f. 44 vb

fidei, et hoc significatur per tertiam proprietatem aque, quia ipsa aqua est lucida et transparentis. 4<sup>o</sup>, baptismus est necessarius ad introducendum ad viam salutis, et hoc significatur per quartam proprietatem aque quia ipsa aqua est necessaria omnibus hominibus et brutis. Quinto,

---

867 Sic!  
868 Aspersionis ms.  
869 Immediate ms.  
870 Sic!  
871 Lauantiem ms.

lex illa cuius baptismus est iniciatiuus est communis omnibus ad salutem, quod significatur per communitatem aque. Etiam ab illo sacramento nemo absoluitur, sed quilibet ad ipsum tenetur in quantum consequi potest. Et ideo necesse fuit ipsum institui in liquore qui est communis apud<sup>872</sup> omnes homines, et in quo habundant pauperes et diuites ut nullus per penuriam se excusare possit. 2<sup>a</sup> conclusio : aqua vsualis, quamuis permixta alys<sup>873</sup> rebus et a sua naturali dispositione aliquoaliter alterata, est baptismi congrua et vera materia. Probatur quia aqua elementaris est baptismi vera et congrua materia, ut dicit conclusio praecedens, sed aqua naturaliter vsualis nostra, permixta alys<sup>874</sup> rebus et a sua naturali complexione, aliquoaliter alterata est eiusdem specie essentialis cum aqua elementari, quantumcumque pura, igitur et illa erit materia congrua baptismi. Vbi notandum 2<sup>m</sup> Sanctum Thomam quod duplex est permixtio aque. Vna que tollit speciem aquae, ut quando per alteracionem transit aqua in rem alterius speciei essentialis, sicut cum per putrefactionem aut aliquam digestionem transit

f. 45 ra

et mutatur in vinum, aut quando per tantam addicionem liquoris alterius speciei soluitur species aque, sicut si parum aque multo vino ministratur. Alia est permixtio que non tollit speciem aque, sicut quando alteratur aqua 2<sup>m</sup> aliquod accidens et manet aqua substancialiter - ut in aqua callefacta - uel aliquid additur aque quod ei non commisceatur, sicut si aliqua solida<sup>875</sup> ponantur in aqua uel si tale additum sit commistibile sicut aliquid humidum. Tamen est tam parue quantitatis quod aquam non mutat a sua specie, sed potius in aquam conuertitur. In aqua autem 2<sup>o</sup> modo mixta non potest fieri baptismus quia iam non est aqua, sed alterius speciei res. In aqua autem secundo modo mixta potest fieri quia illa adhuc est substancialiter aqua et ideo congrua materia, baptismi. Verum, quod nulli sacramento debet fieri reuerentia, ut dicitur de consecratione distinctione 4<sup>ta</sup>. Et ideo quanta aqua plus a puritate et integritate sue naturae recedit pro accidentia disponentia ad corruptionem, tanto magis committitur peccato si sine necessitate ad baptismum assumitur. Tertia conclusio : aqua artificialis uel aqua roseucia et alia similis non est baptismi vera et congrua materia. probatur quia aque que communiter dicuntur artificiales non sunt aque elementares, igitur non sunt congrua materia baptismi ???

f. 45 rb

---

872 Aput ms.  
873 Sic!  
874 Sic!  
875 Sollida ms.

ex conclusione prima et antecedens patet quia sunt quedam substantialiter mixta, sicut et corpora (in mg. : ex) quibus sunt resolute autem stillate, et dicuntur solum equiuoce aque. Et hoc patet primo ex modo generacionis, quia aque artificiales ex quocumque fiant non seruantur<sup>876</sup> processus naturae per media determinata et ordinata et aque generationem; igitur non sunt proprie aque, scilicet elementa res substantialiter. Patet quia tales aque fuerint tantum per acciones ignis decoquentis et resoluentis, ignis autem non est sufficiens in virtute actiua ad conuertendum quecumque mixtam in aquam elementarem, nec est ille processus a natura ordinatus ad aque elementaris generacionem. Illa enim 2<sup>m</sup> naturam a frigido et humido, etcetera, quia ex area inclusa inuenis terre et a frigiditate terre circumstantis. Item patet hoc ex qualitatibus consequentibus totam speciem : istas enim aquas artificiales consecuntur a natura multe qualitates etiam virtuales que non consecuntur aquas elementares. Ex istis dictis inferuntur aliqua correlatiua. Primum est quod nec de necessitate praecepti, nec de necessitate sacramenti est quod baptismus fiat similiter in aqua frigida. Ymo<sup>877</sup>, si expedit ut in yme<sup>878</sup> tunc licite potest fieri in aqua temperate callida, patet quia non est praeceptum Ecclesiae quod fiat in sola frigida nec calliditas statim mutat aquae speciem

f. 45 va

essentialem, sed callida aqua manet eiusdem specie, cuius fuit frigida. 2<sup>m</sup> : in aqua maris, licet sit salsa<sup>879</sup>, potest fieri baptismus ? Patet, quia est substantialiter elementaris aqua, retinens aptitudinem ad lauandum. 3<sup>um</sup>, baptismus potest fieri in aquis sulphureis, sicut sunt balnea naturalia dicta uel **triuie** ? Patet, quia ille aque sulphuree non sunt extra speciem substancialem elementaris aque, sed transeunt per mineras sulphureas<sup>880</sup> aut per loca adusta. Dicit Sanctus Thomas 4<sup>m</sup> : in necessitate baptismus potest licite fieri in licciuio<sup>881</sup>, et si fiat verus est baptismus. Patet, quia liccinium<sup>882</sup> est substancialiter aqua et non differt ab alia aqua nisi quod collata est<sup>883</sup> per cineres. Et hec non mutat substantiam aque. 5<sup>um</sup>, in aqua pluuiali et in aqua resoluta ex niuibus et glaciebus uel gratia diuina<sup>884</sup> potest fieri baptismus ? Patet, quia sunt eiusdem speciei cum aqua communi et vsuali, ymo<sup>885</sup> multociens magna pars aque

---

876 Seruatur ms.  
877 Sic!  
878 Sic!  
879 Falsa ms.  
880 Sulphuris ms.  
881 Licciuio ms.  
882 Lixiuum ms.  
883 Est *it.* ms.  
884 Dine ms.  
885 Sic!

nostre vsualis venit ex talibus, vt patet ex fluuijs descendentibus de Alpibus et de cisternis. Similiter in aqua paludiali potest fieri baptismus, quia talis et vere et substantialiter aqua eiusdem speciei cum ceteris aquis elementaribus. Non esset tamen benefactum si in talibus putridis aquis aut turbidis fieri : esset enim contra reuerentiam sacramenti nisi vrgeret necessitas, scilicet quod alia aqua haberi non posset. Tunc quaelibet naturalis aqua sufficeret apta

f. 45 vb

saltem ad lauandum. Sextum corollarium quod in ptisana potest fieri baptismus. Non enim fit ibi tam longa decoccio quod aqua per eam transmutetur per aliam speciem, nec aliud est sibi commixtum quod eam alteretur extra naturam suam. Sed de longis decoccionibus uel de brodio carnum, ceruisia, medone et ratio similibus dicunt aliqui quod non in eis fieri baptismus, quia solum potest fieri in aqua elementari. Sed - ut isti dicunt - talia ex vi longe decoccionis et propter commixtionem aliorum forte alterancium sunt in aliam speciem conuersa, et totaliter a specie aquae elementaris transmutata. Scotus tamen dicit quod non sit manifestum de istis an per coccionem aut per aliud actuum corrumpens ipsum commixtum sint transmutata in aliam speciem. Et vltius dicit quod ad philosophum naturalem pertinet inquirere que alteracio transferat aquam a specie sua et que non, et si de aliquibus manet dubium et in talibus fuerit baptismus factum. Vtendum est ibi istis tribus maximis que in priori questione erant posite de remedys<sup>886</sup> adhibendis circa eos, de quibus dubitatur probabiliter an circa eos sit seruata debita forma et ita etiam erit faciendum circa eos sit seruata debita materia. Septimum corollarium : baptismus non potest fieri in aqua artificiali et si quis attemptaret ipse nichil faceret, quia ad baptismum

f. 46 ra

necessario requiritur aqua elementaris substantialiter. Tales autem non sunt aque artificiales, ut patet ex conclusione 3<sup>a</sup>. Octauum : suo modo non potest fieri baptismum in sudore, sputo, flegmate aut alio tali, et si quis attemptaret in talibus, ipse nichil baptizaret. Patet, quia talia non sunt substantialiter aquae elementares, sed sunt res alterius speciei et sunt iuxta substantialiter. Nono, licet baptismus posset fieri in aqua fluente in arena et eam deferente, non tamen potest fieri in arena sola quantumcumque fluente, sicut est in quibusdam terris vbi - ut fertur est - continuus fluxus arene sicut hic aque. Et dicit Iacobus de Altavilla quod quidam monachus fuit in huius arena baptizatus quem, cum diu officium sacerdotis exercuerat,

oportuit rebaptizari<sup>887</sup> et omnes ordines de nouo suscipere. Tunc prima pars corollary<sup>888</sup> patet quia talis aqua est vere aqua quamuis habeat arenam commixtam, igitur in ea potest fieri baptismus sicut in aqua turbida terra commixta. 2<sup>a</sup> pars patet quia arena non est aqua, et tamen sola aqua est materia baptismi. Decimum : aqua farine in bibita, uel in pasta, uel in bibita spongee, quamdiu ibi est, uel in bibita luto spisso, uel aliquo tali non est apta materia baptismi quam diu manet tali rei in bibita sic. Patet, quia ad hoc

f. 46 rb

quod aqua eciam elementaris sit apta materia baptismi requiritur quod illo modo existat quod habeat proprietatem lauandi : sic enim est a Christo institutum. Sed aqua in pasta aut in spongea manens ibi, aut in spisso luto, aut in alio huiusmodi quam diu sic manet non habet proprietatem lauandi, quia si talis aqua sic manens in bibita corpus hominis tangat, non tamen talis contactus dicitur locio, sed tantum contactus aque fluide coniungentis se cuti uel libere, uel separantis<sup>889</sup> inter cutem vel aliud corpus. Vndecimum corollarium : licet nix, glacies et grando sint aqua substantialiter, non tamen potest in aliquo illorum fieri baptismum quam diu manet tale. Patet, quia quamdiu illa manent talia, scilicet nix, grando uel glacies, tam diu non sunt fluida et habent proprietatem lauandi, quod requiritur ad materiam baptismi, ut dictum est. Et dico nominanter quamdiu manent talia, quia quando sunt resoluta in aquam fluidam, tunc in eis potest fieri baptismus ut in alia aqua elementari, ut dixit in corollario<sup>890</sup> 5<sup>o</sup>. Ad primum argumentum dicitur quod, licet aer habeat aliqualem conuenienciam cum vita, et sic communior et facilius possit haberi non tamen conueniunt sibi cetera superius enumerata que conueniunt aque ad significandum effectus baptismi : non enim abluitur et non est elementum resistens tactui et ita sensibilis sicut aqua ; igitur conueniencius

f. 46 va

institutus est baptismus in aqua. Ad 2<sup>m</sup> dicit Sanctus Thomas quod sepultura Christi est res significata per baptismum, sed non est contenta quia non causat eam. Institucio autem materiae sacramenti attenditur principaliter quantum ad significationem rei contentae, id est rei quam sacramentum causat et in tali significatione magis conuenit aqua quam terra. Ad 3<sup>um</sup> respondet Innocentius quod illa aqua que fluxit de latere saluatoris non fuit flewma<sup>891</sup> sed fuit vera aqua,

---

887 Rebaptisari ms.  
888 Correlary ms.  
889 Seperantis ms.  
890 Correlario ms.  
891 Sic!

quod probat ex verbis Ewangeliste<sup>892</sup> dicentis. Et qui vidit testationem prohibuit veritati, profecto non aquam, sed flewma<sup>893</sup> dixisset Ewangelista<sup>894</sup>. Si non fuisset vera aqua probat eciam a posteriori per materiam baptismi in<sup>895</sup> hoc, in **quidam** religioni nostre fuisset ostensum sacramentum cum per sacramentum baptismi non regeneraremur in flewmate<sup>896</sup>, sed in aqua. Probat etiam per figuram que de hoc praecessit in Veteri Testamento, quando Moyses percussit silicem et ex ea non flewma<sup>897</sup>, sed aqua manavit. Et ad probationem respondit quod uel illa aqua fuit de nouo ibi creata immaculose, uel fuit de componentibus resoluta. Et dicit Sanctus Thomas quod de latere Christi exiuit vera aqua sicut et naturalis verus sangwuis<sup>898</sup>, et hoc ad probandum corpus suum fore verum corpus et non fantasticum, ut dixerunt Manichei : fuit enim in eo compositio ex elementis, quod per hoc probatum fuit quod aqua, que est elementum,

f. 46 vb

prodyt<sup>899</sup> ex eius latere, et compositionem humorum probat sangwis<sup>900</sup> effluens. Ad quartum dicitur quod Dominus tangendo aquam Iordanis dedit vim regeneratiuam in tota specie aque, instituens eam ydoneam baptismi materiam. Quarto queritur vtrum ad veritatem baptismi requiratur trina immersio<sup>901</sup> ipsius baptizandi : arguitur quod sic, quia in decretis dicitur de consecratione dictione 4<sup>ta</sup>. Si quis praesbyter<sup>902</sup> vel episcopus semel mergat - et non trinam immersionem<sup>903</sup> fecerit - deponatur ; hoc autem non esset nisi trina immersio<sup>904</sup> foret de necessitate sacramenti. 2<sup>o</sup>, sicut fides Trinitatis exprimitur per nominatiuum Personarum, ita etiam partes immersiones<sup>905</sup> exprimuntur, sed si non nominarentur tres Persone non est baptismus, ut praeuius dictum fuit, igitur pari ratione si non fieret trina immersio<sup>906</sup>. In oppositum arguitur quia immersio non est de necessitate sacramenti, igitur nec trina

---

892 Sic!  
 893 Sic!  
 894 Sic!  
 895 In emend. et add. ms.  
 896 Sic!  
 897 Sic!  
 898 Sic!  
 899 Sic!  
 900 Sic!  
 901 Inmersio ms.  
 902 Praespiter ms.  
 903 Inmersionem ms.  
 904 Inmersio ms.  
 905 In mersiones ms.  
 906 Inmersio ms.

immersio<sup>907</sup>. Antecedens patet ex consuetudine<sup>908</sup> aliquarum Ecclesiarum, vbi baptismus celebratur per aspersionem et non per immersionem<sup>909</sup>. Item auctoritas beati Gregory<sup>910</sup> in littera posita dicit quod vtrumque potest fieri, seruata consuetudine<sup>911</sup> Ecclesie : igitur non est de necessitate baptismi neque vna immersio<sup>912</sup>, neque trina. Respondendo

f. 47 ra

ad questiones dicitur primo quod non est de necessitate baptismi quod ipse baptizandus<sup>913</sup> aque immergatur. Patet quia sine tali immersione<sup>914</sup> potest fieri verus baptismus, igitur ipsa non est de necessitate sacramenti baptismi. Antecedens patet quia, ut dicit Sanctus Thomas, baptismus dicit ablutionem 2<sup>m</sup> modum expositum in dictione baptismi, sed huiusmodi ablucio corporis humani potest fieri per aspersionem aut per superfusionem. Igitur vtroque istorum modorum potest fieri baptismus, et videtur quod apostoli hoc modo baptizauerunt<sup>915</sup> quia legitur quod simul, vna die, conuersi fuerant quinque milia ad fidem et alia uice tria milia (Actis 2<sup>o</sup> et 4<sup>o</sup>) quos baptizabant<sup>916</sup>, et non immergendo<sup>917</sup>, ut videtur, sed tantum aspergendo propter nimiam multitudinem, et ita posset habere. Dicit Sanctus Thomas baptismus celebrari sine immersione<sup>918</sup> quando consuetudo Ecclesiae hoc pateretur aut quando esset necessitas propter periculum primum de cuius morte timeretur, uel propter imbecillitatem<sup>919</sup> sacerdotis baptizantis<sup>920</sup> non potentis sustentare infantem, uel etiam quia ipse baptizans<sup>921</sup> est rudis et timeretur quod lederet puerum, uel si puer non esset totus natus et tunc non posset immergi<sup>922</sup>, sed esset aliter baptizandus<sup>923</sup> - ut dicitur postea - vel si esset penuria aque ita quod non esset

---

907 Inmersio ms.  
908 Sic!  
909 Inmersionem ms.  
910 Sic!  
911 Sic!  
912 Inmersio ms.  
913 Baptisandus ms.  
914 Inmersione ms.  
915 Baptisauerunt ms.  
916 Sabant ms.  
917 Inmergendo ms.  
918 Inmersione ms.  
919 Inbecillitatem ms.  
920 Baptisantis ms.  
921 Baptisans ms.  
922 Inmergi ms.  
923 Baptisandus ms.

tanta quod paruulus posset immergi<sup>924</sup>, posset item fieri per aspersionem uel superfusionem.  
Item in passione beati Laurency<sup>925</sup>

f. 47 rb

legitur quod Romanus ab eo baptizandus<sup>926</sup> vrcium aque attulit in quo constat quod immergi<sup>927</sup> non poterat, igitur immersio<sup>928</sup> non est de necessitate baptismi. 2° dicitur quod nec vnitas immersionum<sup>929</sup>, nec pluralitatis earum est de necessitate baptismi. Patet, quia immersio<sup>930</sup> non est de necessitate, ut iam dictum est, igitur nec vnitas aut pluralitas ipsius. Eciam aliquae Ecclesiae seruant morem quia ter immergunt<sup>931</sup>, aliquae vero solum semel, et utroque vere confertur baptismus; alias Ecclesiam non permetteret vtrumque fieri, sed alterum prohibetur. Patet etiam per Magistrum in littera et per auctoritates sanctorum quas ad hoc inducit. 3° dicitur quod licet immersio<sup>932</sup> non fit de necessitate baptismi, est tamen de eius congruitate. Immersio<sup>933</sup> eius clarius videtur conuenire eius significationem quia, ut dicitur *Ad Romanos* 6°, per baptismus configuramur sepulturae Christi. Et hoc fit clarius per baptismum cum in eo immergimur<sup>934</sup> quam quando alio modo baptizamur<sup>935</sup>, quia per immersionem<sup>936</sup> quasi occultamur in aqua sicut Christus sub terra. 4° - Dicitur quod licet significationi baptismi congruat vnitas immersionis<sup>937</sup> et etiam trinitas immersionum<sup>938</sup>, magis tamen fit congrue trina immersio<sup>939</sup> quam vnica. Prima pars patet quia in diuina natura est vnitas in essentia - et illa significatur per vniam immersionem<sup>940</sup> - et est trinitas Personarum - et illa significatur per trinam immersionem<sup>941</sup> -. Similiter

f. 47 va

---

924 Inmergi ms.  
925 Sic!  
926 Baptisandus ms.  
927 Inmergi ms.  
928 Inmersio ms.  
929 Inmersionum ms.  
930 Inmersio ms.  
931 Inmergunt ms.  
932 Inmersio ms.  
933 Inmersio ms.  
934 Inmergimur ms.  
935 Baptisamur ms.  
936 Inmersionem ms.  
937 Inmersionis ms.  
938 Immersionum ms.  
939 Inmersio ms.  
940 Inmersionem ms.  
941 Inmersionem ms.

mors Christi est vna et illa significatur per vnam immersionem<sup>942</sup> et Christus fuit tribus in corde suo, et hoc significatur per trinam immersionem<sup>943</sup>. 2<sup>a</sup> pars patet quia in forma baptismi cum fide Trinitatis expressa<sup>944</sup> per nomina personalia datur intelligi fides vnitatis. Et per hoc, quod dicitur in nomine, et ita etiam per trinam immersionem<sup>945</sup> datur intelligi fides Trinitatis. Et per similitudinem illarum immersionum<sup>946</sup> dat intelligi vnitas essentie, et ita in fide Trinitatis. Aliquo modo introducitur fides vnitatis; non autem e commisso in fide vnitatis includitur sic fides Trinitatis, et ideo<sup>947</sup> congruentissime fit trina immersio<sup>948</sup> ut fit in actu baptismi: etiam fides Trinitatis exprimatur. De illa significatione trine immersionis<sup>949</sup> loquitur Augustinus et allegat Magister in littera dicens: « Postquam nos credere promisimus [...] ». 3<sup>o</sup>, capita vestra in sacro fonte demersimus quod ordo baptismi duplici mystery<sup>950</sup> significatione celebratur. Recte enim 3<sup>o</sup> mersi estis quia accepistis baptismus in nomine Christi qui die tertia resurrexit a mortuis: illa enim tertia repetita dimersio typum<sup>951</sup> dominice exprimit sepulturae. Et dicit Dyonisius 13<sup>o</sup> capitulo *Celestis Ierarchie* quia baptismus debet fieri tribus immersionibus<sup>952</sup> et eleuacionibus ad seruandum quod Christus in sepulchro iacuit tribus diebus et tribus noctibus. Et Chrisostomus super Iohannem dicit: « 3<sup>o</sup>, fit immersio<sup>953</sup> ut discas quando virtus Patris et Fily<sup>954</sup> et Spiritus sancti omnia

f. 47 vb

hec operatur. Idem dicit Hieronimus<sup>955</sup> super Epistolam ad Philippenses: aliquis ex quo nec vnica immersio<sup>956</sup> nec etiam trina immersio<sup>957</sup> est de necessitate sacramenti, et cum hoc congruit vtrumque significationi baptismi quod ergo illorum est deseruandum, scilicet quotiens est immergendum<sup>958</sup>. Respondet Bonauentura quod faciendum est 2<sup>m</sup> morem istius Ecclesiae in qua quis ex officio baptizat et qui illud propria auctoritate<sup>959</sup> mutat grauiter peccat. Et ideo de consecratione dictione 4<sup>a</sup> ex

---

942 Inmersionem ms.  
 943 Inmersionem ms.  
 944 Expraessa ms.  
 945 Inmersionem ms.  
 946 Inmersionum ms.  
 947 Ide ms.  
 948 Inmersio ms.  
 949 Inmersionis ms.  
 950 Sic!  
 951 Typpum ms.  
 952 Inmersionibus ms.  
 953 Inmersio ms.  
 954 Sic!  
 955 Ieronimus ms.  
 956 Inmersio ms.  
 957 Inmersio ms.  
 958 Immergendum ms.  
 959 Auctoritate ms.

canonibus apostolorum dicitur : « Si quis praesbyter uel episcopus non trinam immersionem<sup>960</sup> vnus mystery<sup>961</sup> celebrat, sed solum semel immergat<sup>962</sup> in baptismo deponatur ». Et hoc non est ex hoc, quod non baptizet, ymo<sup>963</sup> vere baptizet, sed est ideo quia propria auctoritate noua introduceret et contra illius Ecclesiae consuetudinem<sup>964</sup> faceret. Et item de consecratione distinctio 4<sup>a</sup> ex concilio tholitano dicitur principaliter vitanda scismatis scandalum uel heretici dogmatici vsum, sumpta teneamus baptismatis immersionem<sup>965</sup>. Et loquitur ille canon 2<sup>m</sup> morem Ecclesiae illius in qua solebat tamen semel immergi<sup>966</sup>, quem morem heretici ceperunt propria auctoritate mutare. Et ideo statuerunt Patres illum morem obseruari ibidem, ne videantur heresi consentire. Sic dicit Magister in littera quod Cyprianus deliquit qui semel mersit, sed hoc ideo quia aliter se habebat Ecclesiae consuetudo<sup>967</sup> in qua baptizabat<sup>968</sup> uel ideo quia vnam

f. 48 ra

tantum immersionem<sup>969</sup> necessario faciendam asserebat<sup>970</sup>. Et item dicit Magister. Constat baptizando 3<sup>o</sup> debere immergi<sup>971</sup> et tamen, si semel immergantur<sup>972</sup>, verum baptismum accipiunt et qui immergit<sup>973</sup> semel tantum non petrat nisi consuetudo<sup>974</sup> Ecclesiae obsistat, uel tantum hoc modo debere fieri asserat. Et est notandum quod si baptizando<sup>975</sup> trina fiat immersio<sup>976</sup>, tunc licet non sit de necessitate baptismi ; est tamen 2<sup>m</sup> Bonauenturam congruum, quod in prima mersione paruuli nominentur Pater, in secunda Filius et in tercia Spiritus sanctus. Et modus immergendi<sup>977</sup> esset ut sacerdos teneat puerum per latera, et facie eius, scilicet pueri, versa ad aquam mergat eum sic quo habeat caput primo versus Orientem, 2<sup>o</sup> versus Aquilonem et 3<sup>o</sup> versus Meridiem. Verum, quod hoc tantum ad solempnitatem baptismi<sup>978</sup> pertinet et non ad necessitatem, et si ibi satis est de aqua, tunc mergat totum corpus pueri. Si autem parum fuerit aequae, tunc sufficit quod pars principalior mergatur

---

960 Inmersionem ms.  
961 Sic!  
962 Inmergat ms.  
963 Sic!  
964 Sic!  
965 In mersionem ms.  
966 Inmergi ms.  
967 Sic!  
968 Baptisabat ms.  
969 Inmersionem ms.  
970 Asebat ms.  
971 Inmergi ms.  
972 Inmergantur ms.  
973 Inmergit ms.  
974 Sic!  
975 Baptisando ms.  
976 Inmersio ms.  
977 Inmergendi ms.  
978 Baptizmi ms.

ut caput et pectus, uel caput tantum, uel facies tantum, quia ibi sunt omnes sensus et maxime viget ibi operatio anime. Ad argumentum primum dicitur quod trina immersio<sup>979</sup> non est de necessitate sacramenti et quod ius imponit penam solum semel mergenti, hoc est de illis intelligendum qui sic faciunt contra consuetudinem Ecclesiae in qua baptizant<sup>980</sup> et quam propria auctoritate

f. 48 rb

mutant aut qui docent, quod sit de necessitate solum semel immergere<sup>981</sup>. Ad 2<sup>m</sup> patet satis ex dictis non est enim simile de forma et dimensionibus<sup>982</sup>: forma enim est de necessitate integritatis sacramenti, mersio vero non nec vnitas aut pluralitas mersionum. Quinto queritur vtrum baptismus<sup>983</sup> fuerit ante Christi passionem institutus. Arguitur quod sic, quia ante passionem dixit Dominus Iohannis 3<sup>o</sup>: NEC QUIS RENATUS FUERIT, etcetera. Igitur baptismus<sup>984</sup> fuit institutus, tunc in oppositum argumentum baptismus<sup>985</sup> numquam fuit institutus<sup>986</sup> sine forma sua, sed forma primo fuit instituta post passionem, ut patet Mathei vltimo cum Dominus tempore ascensionis dixit discipulis: EUNTES, DOCETE OMNES GENTES BAPTIZANTES<sup>987</sup> EOS IN NOMINE PATRIS ET FILII<sup>988</sup> ET SPIRITUS SANCTI. Dicitur primo quod Christus Dominus deus et homo instituit baptismum per se; hoc fuit declaratum superius in principio distinctionis 2<sup>e</sup>. 2<sup>o</sup> dicitur quod fuit rationabile baptismum institutum fuisse tempore Noue Legis, et declarat Scotus: « Racionabile fuit quod in Noua Lege sacramentum per quod intratur in eius obseruanciam<sup>989</sup> tale institueretur quod euidens in significatione », quia ipsa est lex veritatis euacuans vmbras et quod esset copiosum in gratiae collacione. Quia ipsa est lex gratiae Iohannis primo: GRATIA ET VERITAS PER IHESUM CHRISTUM FACTA EST, et quod esset facile quia IUGUM CHRISTI SUAUE EST

f. 48 va

ET ONUS EIUS LEVE (Mathei vndecimo) et quod esset commune quia Deus ad legem Moysi elegit vnum populum tantum, ad legem vero nouam totum mundum, quia IN OMNEM TERRAM EXIUIT SONUS EORUM, etcetera. Sed baptismus est talis igitur, rationabile fuit a Christo Domino institui: in

---

979 Immersio ms.  
980 Baptisant ms.  
981 Inmergere ms.  
982 Dimersionibus ms.  
983 Baptizmus ms.  
984 Baptizmus ms.  
985 Baptizmus ms.  
986 Institutio ms.  
987 BAPTISANTES ms.  
988 Ff ms.  
989 Obseruancium ms.

Noua<sup>990</sup> Lege euidenter enim baptismus significat emundacionem anime a peccato quae<sup>991</sup> est effectus principalis baptismi et dat gratiam copiose, propter quod dicitur aqua refectionis in Psalmo : SUPER AQUAM REFECTIONIS EDUXISTI<sup>992</sup> ME. Est etiam facilis, quia nullo modo periculosus sicut fuit circumcisio. Est insuper communis omni sexui et etati, sed manet dubium quando fuerit institutus. Magister dicit in littera quod de hoc sunt varie estimaciones, sibi tamen commodosius<sup>993</sup> videtur dicendum quod institutio eius facta fuerit quando Christus baptizatus<sup>994</sup> fuit a Johanne in Iordane : tunc enim Trinitas mysterium<sup>995</sup> innotuit, que Trinitas hominem interius baptizat<sup>996</sup>. Scotus autem dicit aliter : dicit enim primo quod sacramentum baptismi non fuit tunc institutum quando ipse Dominus baptizabatur a Iohanne, quia ille baptismus Christi non fuit cum illa forma verborum que necessario requiritur<sup>997</sup> ad Christi baptismum, sed fuit factus cum forma Iohannis qui baptizabat<sup>998</sup> in nomine venturi. Nec fuit suus baptismus proprie sacramentum, ut superius fuerat declaratum, verum quod Dominus tunc dedicauit aquam tamquam

f. 48 vb

materiam suo baptismo ydoneam<sup>999</sup> et hoc contactu sue mundissime carnis, etiam in ipso legislatore confirmatus est vsus aque in ministerium. Tunc etiam, ut dicit S<anctus> T<homas>, licet non fuerit forma instituta, fuit tamen aliquo modo praefigurata per potenciam trium Personarum in signo visibili, quia Pater apparuit in voce, Filius in carne, Spiritus sanctus in columbe specie. Et similiter fructus eius fuit tunc praefiguratus, quia CELI APERTI SUNT SUPER EUM, per quod figurabatur quod in Christum credentibus et baptismus eius suscipientibus gloria celestis appariretur. 2° dicit Scotus quod baptismus<sup>1000</sup> etiam non fuit institutus Iohannis 3°, cum Dominus Nicodemo in secreto dixit : NISI QUIS NATUS FUERIT EX AQUA, etcetera, quia non est verisimile sacramentum necessarium in conclau coram personam<sup>1001</sup> priuatam<sup>1002</sup> institui que non debuit esse praeco istius institutionis. 3° dicit Scotus quod institutio baptismi non est debita vsque ad tempus ascensionis. Cum Mathei vltimo dixit :

---

990 Nona ms.

991 Qui ms.

992 Eduosti ms.

993 Sic!

994 Baptisatus ms.

995 Misterium ms.

996 Baptisat ms.

997 Requirutur ms.

998 Baptisabat ms.

999 Sic!

1000 Baptizmus ms.

1001 Persona ms.

1002 Priuata ms.

BAPTIZANTES<sup>1003</sup> EOS, etcetera, patet hoc, quia discipuli Christi ante tempus ascensionis ymo<sup>1004</sup> ante passionem baptizabant<sup>1005</sup> baptismo Christi, vnde Iohannis 3<sup>o</sup> dicitur quod discipuli Iohannis baptiste dixerunt ad eum : - RABI, CUI TESTIMONIUM PRAEBUISTI? ECCE BAPTIZANT<sup>1006</sup> ET OMNES VENIUNT AD EUM. Et sequitur in capitulo sequenti : QUAMQUAM IHESUS NON BAPTIZARET<sup>1007</sup>, SED DISCIPULI EIUS CORAM DEO

f. 49 ra

Ex hys<sup>1008</sup> concluditur quod tempus institucionis baptismi Christi fuit tunc, cum discipuli baptizabant<sup>1009</sup>, uel ante tempus illud, ex quo enim tunc baptizabant<sup>1010</sup> discipuli baptismo Christi, oportuit quod tunc institueret uel ante hoc instituisset. Istis dictis Scoti consonant dicta Bonauenture : dicit enim Bonauentura quod Christus sacramentum baptismi primo insynuauit<sup>1011</sup> instituendo, 2<sup>o</sup> instituit et 3<sup>o</sup> institutum confirmauit. Insynuauit<sup>1012</sup> quidem instituendum verbo et facto, facto ut, cum baptizabatur<sup>1013</sup> a Iohanne in aqua, ostendit enim ceteros credentes esse in aqua baptizandos. Vero autem insynuauit<sup>1014</sup>, cum Nicodemo dixit Iohannis 3<sup>o</sup> : NISI QUIS RENATUS FUERIT EX AQUA ET SPIRITU NON POTEST INTROIRE REGNUM DEI. Instituit autem baptismum suum cum ipse per discipulos suos baptizare cepit Iohannis 3<sup>o</sup>, ut praeuius allegatum fuit, et tunc instituit verbo et facto quia dicitur ibidem : BAPTIZABAT<sup>1015</sup>, et si ipse non in persona propria, tamen discipuli in sua potencia et 2<sup>m</sup> quod ipse volebat. Et rursus dimisit discipulos ad praedicandum et baptizandum<sup>1016</sup> binos et binos (Luce 10<sup>o</sup>) et solum ad Iudeam. Et ergo dicitur Mathei 10<sup>o</sup> : IN VIAM GENTIUM NE ABIERITIS. Confirmauit quoque baptismum suum praeuius institutum verbo et facto. Facto quidem confirmauit cum de latere tempus incerte pendentis

f. 49 rb

---

1003 BAPTISANTES ms.  
1004 Sic!  
1005 Baptisabant ms.  
1006 BAPTISAT ms.  
1007 Baptisaret ms.  
1008 Sic!  
1009 Baptisabant ms.  
1010 Baptisabant ms.  
1011 Sic!  
1012 Insynauit ms.  
1013 Baptisabatur ms.  
1014 Sic!  
1015 BAPTISABAT ms.  
1016 Baptizandum emend. ms.

profluxit non tantum sanguis<sup>1017</sup>, sed et aqua in ipsa passionis<sup>1018</sup> consumacione. Verbo autem confirmat quando post resurrectionem discipulos ad baptizandum<sup>1019</sup> omnes et singulos misit dicens, Mathei ultimo : DOCETE OMNES GENTES BAPTIZANTES<sup>1020</sup> EOS IN NOMINE PATRIS ET FILII<sup>1021</sup> ET SPIRITUS SANCTI. 4° dicit Scotus quod sacramentum baptismi fuit primo promulgatum per modum consilii<sup>1022</sup> solum et posterius per modum praecepti, et hoc fuit congruum primo ex hoc, quia lex ewangelica<sup>1023</sup>, que est perfectissima, non debet precipitanter imponi, sed debebant homines primo induci ad eam adhuc cadentem sub consilio, ut postea in ea exercitatis posset imponi<sup>1024</sup> per modum praecepti. 2° fuit hoc congruum ex hoc, quod Lex Vetus non fuit mala sicut ydolatria fuit mala, et ideo non debuit subito repelli et abici per praeceptum baptismi tamquam illicita, sed debuit synagoga cum honore sepeliri ut ostenderetur quod fuisset bona pro suo tempore ; postea tamen debuit baptismus promulgari per modum praecepti, ut haberet firmitatem et necessitatem. Et ita distinguit<sup>1025</sup> Scotus duo tempora baptismi, vnum in quo ipse baptismus fuit solum sub consilio, et illud tempus incepit a die in quo primo praedicabatur baptismus per Christum uel per apostolos et durauit vsque ad praedicationem solemnem<sup>1026</sup> et autenticam eiusdem baptismi post ascensionem<sup>1027</sup> Domini. Et in illo tempore

f. 49 va

currebant simul baptismus et circumcisio, et tunc vtrumque erat vtile et licitum - ut dixi superius - de cessacione legalium. Aliud est tempus baptismi in quo fuit et est sub praecepto, et illud incepit post Christi ascensionem, quia in die Penthecostes in Hierusalem<sup>1028</sup>. Ipsi enim vsque ad illum diem non<sup>1029</sup> praedicauerunt solempniter et publice, iuxta autem illud verbum Christi : VOS AUTEM SEDETE IN CIVITATE DONEC INDUAMINI VIRTUTE EX ALTO. Sed in die Penthecostes<sup>1030</sup>, misso Spiritu sancto, solempniter praedicauerunt et apposite sunt in illa die animae circiter tria milia et baptizate (Actuum 2°). Tunc ergo incepit illud tempus necessitatis baptismi et eius praecepti saltem quo ad illos quibus solempniter praedicabatur ; durat illud tempus usque in finem mundi. Circa hoc notat Scotus quod

---

1017      Sagwis ms.  
1018      Passionis emend. ms.  
1019      Baptisandum ms.  
1020      BAPTISANTES ms.  
1021      Sic!  
1022      Sic!  
1023      Sic!  
1024      Inponi ms.  
1025      Sic!  
1026      Solennem ms.  
1027      Astensionem ms.  
1028      Ierusalem ms.  
1029      Non add. ms.  
1030      Pentescosthes ms.

generaliter promulgatio facta de consilio diuino obligat ad non contempnendum<sup>1031</sup> : qui enim contempnit consilium contempnit consulentem, et ideo nolens seruare consilium diuinum ewangelicum<sup>1032</sup>, quasi contempnens illud tamquam irrationabile et infructuosum, peccat mortaliter. Et subdit vnde videant mordentes paupertatem ewangelicam<sup>1033</sup> ne forte seruare nolunt si quod non est necessarium contempnant, quia contempnentes uel paruipendentes contempnunt Christum, qui hanc swasit<sup>1034</sup> obseruari tamquam meritoriam et vtilem ad eterna. Promulgatio autem per modum praecepti obligat

f. 49 vb

non solum ad non contempnendum, sed etiam obseruandum si est affirmatum uel ad cauendum si est negatiuum. Hec autem sunt dicta de consilio et praecepto diuino quia, ut dicit idem Doctor, secus est de praecepto humano et consilio eciam superioris aut praelati : licitum est enim necessarium praeceptum aut consilium superioris contempnere, id est illicitum et infructuosum iudicare. Sed non licet dum est praelatum contempnere non obseruando, quia dicitur Mathei 23° : SUPER CATHEDRAM MOYSI SEDEBANT SCRIBERE, etcetera, nisi praeceptum superioris aut consilium superioris esset illicitum et notorie contra Deum, quod autem in priori casu liceat consilium aut praeceptum superioris contempnere praedicto modo probatum. 2<sup>m</sup> Scotum, quia nullus tenetur habere necessario falsam opinionem de suo superiori, sed eius monicio, consilium uel praeceptum potest esse irrationabile et infructuosum et tunc rationabiliter et vtiliter laborandum est ad eius reuocacionem et correccionem, uel eciam amocionem talis praelati fatue praecipientis, non ergo tenetur subitus semper reputare praeceptum eius rationabile uel fructuosum, sed potest reputare sicut est, uel ergo si est infructuosum et rationabile potest tale refutare, uel illo modo contempnere. Ad argumentum ante oppositum dicitur quod tunc Dominus non instituit, sed instituendum insinuauit, ut dictum est de hac impositione. Ad argumentum vero in oppositum dicitur secundum S<anctum> T<homam> quod tunc scilicet

f. 50 ra

in sua ascensione, cum dixit : BAPTIZANTES<sup>1035</sup> EOS IN NOMINE PATRIS, uel FILY<sup>1036</sup>, uel SPIRITUS SANCTI, non instituit primo formam, sed praeuius ante passionem instituta fuit eo, quod discipuli in ea praeuius baptizabant<sup>1037</sup>, sed fuit tunc, scilicet in ascensione iterata et adsumpta cum Dominus

---

1031 Contempnandum ms.

1032 Sic!

1033 Sic!

1034 Sic!

1035 BAPTIZANTES ms.

1036 Sic!

1037 Baptisabant ms.

discipulos misit praedicare omnibus gentilibus. Et ideo dicit Magister in littera quod apostoli - supple ante passionem – baptizabant<sup>1038</sup> in nomine Trinitatis, scilicet in ea forma in qua postea baptizabant<sup>1039</sup> gentes et subdit : - Non ergo tunc Christus illam formam tradidit primo, cum ad ewangelisandum<sup>1040</sup> gentibus misit, sed quod antea tradiderat mittens in Iudeam post iteravit, cum ad gentes misit. Hic dicendum est aliquos suscipere<sup>1041</sup> sacramentum, etcetera. Postquam Magister egit de baptismo quantum ad eius intrinseca<sup>1042</sup>, agit modo de suscipientibus baptismum, et illius distinctionis determinatio consistit in declarando quandam distinctionem trimembrem de suscipientibus baptismum, quae est quod aliqui recipiunt sacramentum et rem, aliqui sacramentum et non rem et aliquam rem et non sacramentum. Et illam trimembrem distinctionem in generali ponit Magister in prima parte litterae uel in secunda uero parte que incipit ibi. Sacramentum et rem Magister exponit dictam distinctionem trimembrem et diuidit in duo : in primo eam exponit et in 2° circa eam dubitationes mouet et soluet. Ibi solet queri de illis : prima diuiditur in tres 2<sup>m</sup>

f. 50 rb

membra tria quae declarat ibi ; qui uero sine fide tertium ibi sunt uel alij. Circa hanc distinctionem uel primam partem perditae trimembris distinctionis queritur primo **utrum paruuli sint baptizandi<sup>1043</sup> uel suscipiant effectum baptismi.** Arguitur primo quod paruuli non sunt baptizandi<sup>1044</sup> quia baptismo est remedium contra peccatum; paruuli uero non habent peccatum quia nec vsum rationis aut voluntatis. Et 2<sup>m</sup> Augustinum in *De uera religione* peccatum est adeo uoluntarium, quod si non esset uoluntarium non esset peccatum. 2°, Mathei ultimo dicitur: QUI NON CREDIDERIT CONDEMPNABITUR. Sed paruulus non potest credere, igitur per baptismum non potest saluari, igitur frustra baptizaretur<sup>1045</sup>. 3° probatur quod paruuli, ac<sup>1046</sup> si baptizarentur<sup>1047</sup>, non tamen recipere effectum baptismi, quia effectum baptismi est gratia, paruuli autem non recipiunt gratiam. Igitur maior probatur, quia SINE FIDE IMPOSSIBILE<sup>1048</sup> EST PLACERE DEO (*Ad Hebreos* 11°). Paruuli autem non recipiunt fidem, quod probatur ex auctoritate apostoli<sup>1049</sup> (*Ad Romanos*<sup>1050</sup> 10°) : FIDES

---

1038 Baptisabant ms.  
 1039 Baptisabant ms.  
 1040 Sic!  
 1041 Suscipe ms.  
 1042 Intrinseca ms.  
 1043 Baptisandi ms.  
 1044 Baptisandi ms.  
 1045 Baptiseretur ms.  
 1046 A ms.  
 1047 Baptisarentur ms.  
 1048 IMPOSSIBILE ms.  
 1049 Appostoli ms.  
 1050 Palmos ms.

EST EX AUDITU. Sic autem non possunt paruuli recipere fidem ex auditu per instructionem<sup>1051</sup>. In oppositum arguitur primo auctoritate Dionisy<sup>1052</sup> capitulo ultimo *Celestis Ierarchie*, vbi<sup>1053</sup> dicit quod diuini nostri duces, scilicet apostoli<sup>1054</sup> probauerunt infantes decipi ad baptismum. Etiam circumcisioni successit baptismus et circumcisio praeuius conferebatur igitur, uel praeuius diceret dari baptismus uel consequenter dimissionem culpe uel collationem

f. 50 va

gratiae qui sunt effectus baptismi. Pro questione nota, quod pro praesenti non volo loqui de caractere, sed solum de ceteris effectibus qui in baptismo conferuntur hominis praecisi ex ui sacramenti uel ratione operis operati qui, ut patebit, sunt dimissio culpe, collatio gratiae uel aliarum uirtutum, conclusio prima : paruulis in sua puericia et cito conferendus est baptismus. Probatur quia in pueris est peccatum originale per quod a consecucione Ecclesiae salutis impedirentur. Si in eodem cederent, igitur oportet quod eis adhiberi possit aliquod remedium per quod remoueat praedictum impedimentum, et hoc est baptismus qui est eis conferendus. Item Augustinus in *De fide ad Petrum* firmissime tenet paruulos qui sine<sup>1055</sup> sacramento baptismi<sup>1056</sup> de hoc saeculo transeunt eterno supplicio<sup>1057</sup> puniendos, quia originale peccatum carnali concepcione contraxerunt. Igitur sunt baptizandi<sup>1058</sup> ne sine baptismo decedentes perpetuo dampnentur. Diceret aliquis : omnis Christi actio ut ostia debet esse instructio, cum ergo Christus cum suo baptismo expectauerit usque ad annum suum concessim uidetur quod uel nos suo exemplo deberemus ad eandem etatem expectare, uel **adherimus**. Nemo deberet ante annos discretionis baptizari<sup>1059</sup> sicut nemo profitetur in religione ante annos discretionis. 2º, medicina efficax debet sumi<sup>1060</sup> quando maxime potest iuuare et prodesse, sed baptismus maxime iuuaret in fine vite, quia

f. 50 vb

hominem absolueret a pena uel a culpa. Igitur expedit vsque tunc differre. Respondet S<anctus> T<homas> quod laudabile est ut quanto citius fieri potest baptizetur<sup>1061</sup> non expectata perfecta etate primo propter imbecillitatem naturae, quia de facili modo possit uel dampnari et ergo, ut

---

1051 Instructio ms.  
1052 Sic!  
1053 Vbi emend. ms.  
1054 Appostoli ms.  
1055 Syne ms.  
1056 Sic!  
1057 Suplicio ms.  
1058 Baptisandi ms.  
1059 Baptisari ms.  
1060 Summi ms.  
1061 Baptisetur ms.

dampnacionis periculum euitetur, debet baptismum praeuenire. 3° propter infestaciones demonum, quia non habent tantam potestatem in pueris baptizatis<sup>1062</sup>, etcetera ab originaly<sup>1063</sup> mundatis quantum in illis qui adhuc originale habent neque quantum ad nociuum uel ad corporalia. 4° igitur dicitur omnis Christi actio, etcetera. Respondetur quod non est simile de Christo et de aly<sup>1064</sup> hominibus : aly<sup>1065</sup> enim homines suscipiunt baptisma ut inde iuuetur et quia indigerent pro salute sua, Christus autem non indiguit nec suscepit ut inde iuaretur. Sed ut per hoc ipsum baptismum quasi institueret, et uera uita uel mors non est sic in potestate aliorum hominum sicut erat continuacio in potestate Christi. Ideo, ne homines paruulos suos periculo dampnacionis eterne exponent, necesse est eos cito baptizari<sup>1066</sup> ne pueri<sup>1067</sup> morte dampnentur. Debemus ergo Christi actionem ymitari<sup>1068</sup> in hoc, quod vnusquisque semel baptizetur<sup>1069</sup> sacramento Christi ; baptizatus<sup>1070</sup> est, sed non expedit ut differamus in longum ex causis que dicte sunt. Ad 2<sup>m</sup> argumentum dicitur quod in baptismo confertur gratia ad bene viuendum et per illud tolluntur peccata priora et impediuntur futura. Et ideo, quamuis baptismus

f. 51 ra

in fine vite susceptus plura perfecta tollit<sup>1071</sup>, tamen pauciora impediret et ad pauciora bona permoueret et esset minus vtilis propterea<sup>1072</sup> multis casibus subiacet humana vita, et posset contingere ut qui baptismum in fine vite expectaret suscipere, subita morte praeuentus sua expectatione frauderetur. 2<sup>a</sup> conclusio : omnes paruuli qui rite baptizantur<sup>1073</sup> suscipiunt rem sew<sup>1074</sup> effectum baptismi sacramenti. Patet, quia omnes tales<sup>1075</sup> paruuli mundantur ab originali et suscipiunt gratiam et alias virtutes et nec est susceptam<sup>1076</sup> rem sew<sup>1077</sup> effectum baptismi igitur. Maior probatur per auctoritatem Augustini in **Buclj**<sup>on</sup> dicentis a paruulo recenter nato usque ad decrepitem<sup>1078</sup> : sicut nullus prohibetur a baptismo, ita nullus est qui moriatur peccato nisi recipiat gratiam quae est paruulis

---

1062 Baptisatis ms.  
 1063 Sic!  
 1064 Sic!  
 1065 Sic!  
 1066 Baptisari ms.  
 1067 Praeuecti ms.  
 1068 Sic!  
 1069 Baptisetur ms.  
 1070 Baptisatus ms.  
 1071 Tollunt ms.  
 1072 Pterea ms.  
 1073 Baptisantur ms.  
 1074 Sic!  
 1075 Talos ms.  
 1076 Suscriptum ms.  
 1077 Sic!  
 1078 Ecpitum ms.

baptismi. Ita nullus est qui non moriatur peccato in baptismo, sed nullus moriatur peccato nisi accipiat gratiam quae est paruulis baptismi esse certa<sup>1079</sup>. Item paruuli, si baptismo rite suscepto moriuntur, antequam actualiter peccant perveniunt ad vitam eternam, hec autem non esset nisi per sacramentum: dimitteretur eis originale et istud Deus pro statu naturae lapse non dimitteret alicui nisi det eidem tunc gratiam. Igitur per baptismum tunc suscipiunt gratia. 3<sup>o</sup>. Dei perfecta sunt opera - *De voto* 33<sup>o</sup> - et quando hominem sanat totaliter sanat, cum igitur impossibile<sup>1080</sup> sit sine fide placere Deo. Sequitur quod in baptismo, cum paruulo datur gratia, dantur etiam sibi due alie virtutes theologicales<sup>1081</sup>, scilicet spes et fides. Haec certiter minuit Magister in fine distinctionis praecedentis

f. 51 rb

vbi dicit : causa institucionis baptismi est innouatio mentis ut homo qui per peccatum vetus seruatur per gratiam baptismi dominetur<sup>1082</sup>, quod fit depositione viciorum et collacione virtutum. Patet ergo quod paruuli in baptismo mundantur ab originali et suscipiunt gratias et alias virtutes, et hoc est suscipere effectum baptismi. Ad primum argumentum neget **B<sup>or</sup>** et ad auctoritatem Augustini dicitur quod loquitur de peccato actuali : quodlibet enim tale est voluntarium despectu eius cui inest, secus autem est de peccato originali quale est enim in paruulis, sicut hoc declarari habet in 2<sup>o</sup> libro. Ad 2<sup>m</sup> dicit quod illa auctoritas intelligitur de illo qui non credit nec actu nec aptu : talis condempnabitur, quia 2<sup>m</sup> apostolum<sup>1083</sup> *Ad Hebreos* 11<sup>o</sup> oportet accedentem ad eum credere. Paruuli autem, licet non habent actum credendi, recipiunt tamen in baptismo habitum baptismi credendi, scilicet fidem infusam. Et illa habitualis<sup>1084</sup> fides cum habitibus<sup>1085</sup> spei uel gratiae eis sufficit ad salutem si moriuntur ante vsum rationis et sine actualibus peccatis. Ad 3<sup>um</sup> necessitatur minor, et dicitur quod paruuli in baptismo recipiunt fidem habituaalem, scilicet cum gratia, auctoritas autem apostoli<sup>1086</sup> loquitur de fide actuali. Et hic est notandum quod ad hoc, ut paruulos vite suscipiat, baptismum requiritur praeuia fides ; non quidem ipsius paruuli, quia non hanc<sup>1087</sup> habent fidem praeuiam, sed etiam saltem habituaalem. Primo recipit cum sacramento, sed requiritur fides aliena et non requiritur

f. 51 va

---

1079 Certus ms.  
1080 Inpossibile ms.  
1081 Theologcales ms.  
1082 Duonetur ms.  
1083 Appostolum ms.  
1084 Habibituaalis ms.  
1085 Hibitibus ms.  
1086 Appostoli ms.  
1087 Hunc ms.

fides parentum paruuli, nec patrinorum eius, nec baptizantis<sup>1088</sup> : staret enim omnes istos non credere et tamen paruulum vere baptizari<sup>1089</sup>, sed requiritur et sufficit fides Ecclesiae. Vnde Augustinus ad Bonifacium : cum offeruntur paruuli ad percipiendum gratiam, non tamen ab eis quorum gestantur manibus, quamuis etiam ab ipsis, si ipsi fideles sunt quam ab vniuersa societate sanctorum atque fidelium. Ab omnibus namque offerri intelliguntur quibus placet ut offerentur et quorum sancta atque indiuidua caritate ad communionem spiritus adiuuentur. Sic ergo baptismus prodest paruulis merito et fide Ecclesiae militantis que, quamuis deficere possit, in aliquibus personis numquam tamen generaliter deficiet. Iuxta illud Mathei vltimo : ECCE, EGO VOBISCUM SUM AD CONSUMACIONEM SECULI. Nauicula namque Petri potest concuti, sed mergi non potest. Circa 2<sup>m</sup> membrum diuisionis sunt dubia quod conuenit adultis et pro illis declarandis queritur 2<sup>o</sup> vtrum adultus carens vsu rationis sit baptizandus<sup>1090</sup>. Arguitur quod non, quia in adultis per baptismum non solum originale, sed etiam actualia peccata tolluntur. Sed ad tollendum peccatum actuale quod quis ex se ipso commisit requiritur proprius motus liberi arbitry<sup>1091</sup> quem talis carens vsu rationis non habet, igitur huiusmodi non est dandus baptismus. 2<sup>o</sup>, nulli contradicenti debet dari baptismus,

f. 51 vb

sed huiusmodi frequenter contradicunt et reluctantur. In oppositum arguitur : pueri qui nullum habent nec habuerunt vsum rationis baptizentur<sup>1092</sup> et salubriter, ut dictum est in priori questione, igitur pari ratione adulti vsu rationis carentes. Respondet Sanctus Thomas et Scotus, et dicitur primo quod adultus numquam vsus est ratione et de quo non speratur, quod in futurum vsurus sit ut qui a natiuitate fuit amens et qui numquam licet lucida interualla est baptizandus<sup>1093</sup> et recipit sacramentum baptismi et eius effectum, scilicet dimissionem culpe originalis et infusionem gracie, sew<sup>1094</sup> caritas et similiter fidei et spei. Patet, quia idem<sup>1095</sup> est iudicium de paruulis et huiusmodi adultis, dictum autem est praeuius quod paruuli sint baptizandi<sup>1096</sup> et ex solo Christi merito et ex efficacia et virtute sacramenti baptismi consecuntur dictum effectum et sic etiam est de talibus adultis. 2<sup>o</sup> dicitur quod, si quis aliquando vsus fuit ratione et posterius sit factus fatuus, amens aut furiosus, si talis ante amentiam,

---

1088      Baptizantis ms.  
1089      Baptizari ms.  
1090      Baptizandus ms.  
1091      Sic!  
1092      Baptizentur ms.  
1093      Baptizandus ms.  
1094      Sic!  
1095      Idem emend. ms.  
1096      Baptizandi ms.

furiam aut fatuitatem immediate<sup>1097</sup> consensit in baptismum et voluit baptizari<sup>1098</sup>, debet baptizari<sup>1099</sup> si saltem non speretur quod vmquam posterius redeat ad vsum rationis. Patet, quia nemini praeclusit Deus viam salutis, ita nec illi praeclusit ; debet ergo baptizari<sup>1100</sup> statim, alias exponeretur periculo dampnacionis. Et dicit Sanctus Thomas quod talis

f. 52 ra

suscipit vere sacramentum et eius effectum. Et dixi nominanter immediate<sup>1101</sup>, etcetera, ita quod inter actum illum consensus et impedimentum vsus rationis uel furiam eciam non venerit motus voluntatis oppositus. Si enim aliquando voluisset, et postea ductus poenitentia noluisset et sic incidisset amenciam, non esset baptizandus<sup>1102</sup>, sed indicandus dissenciens habitualiter. Saltem si vero speratur quod talis aliquando curari posset ab amencia sua et aliquando vsurus sit ratione ut fit de illis qui habent aliquando lucida interualla, tunc expectandum vsque ad tempus sanitatis sue, ut tunc cum maiori reuerencia et praeparacione suscipiat sacramentum, scilicet cum habiturus est lucidum interuallum. 3<sup>o</sup> dicitur quod si talis homo, scilicet extra vsum rationis positus, immediate<sup>1103</sup> ante amenciam suam cum ratione vtebatur dissensit, nolens baptizari<sup>1104</sup>, non est tempore amencie baptizandus<sup>1105</sup>, quia sacramentum non est dandum simpliciter invito, sed ille est talis quia 2<sup>m</sup> habitum reputandus. Enim est nunc talis 2<sup>m</sup> habitum qualis praeuius fuit secundum actum ; eciam praesumitur quod - si iam vtetur ratione - adhuc dissentieret sicut praeuius actu dissenciebat. Et ideo non est sibi sacramentum baptismi in tali dispositione conferendum, et dicit S<anctus> T<homas> quod, si baptizatur<sup>1106</sup>, nichil fit, quia nec sacramentum suscipit<sup>1107</sup> nec eius effectum. Et quod dixi immediate<sup>1108</sup> hoc intelligitur

f. 52 rb

sicut praeuius, scilicet inter vltimum eius dissensum voluntarium et inter eius amenciam nullus medianiter consensus in baptismum ; si enim medianiter consensus, est 2<sup>m</sup> vltimum actum

---

1097 Inmediate ms.

1098 Baptisari ms.

1099 Baptisari ms.

1100 Baptisari ms.

1101 Inmediate ms.

1102 Baptisandus ms.

1103 Inmediate ms.

1104 Baptisari ms.

1105 Baptisandus ms.

1106 Baptisatur ms.

1107 Suscipt ms.

1108 Inmediate ms.

iudicandum. Ad primum argumentum dicitur<sup>1109</sup> 2<sup>m</sup> S<anctum> Thomam quod - sicut in adulto qui habet vsum rationis disponit ad gratiam baptismalem motus liberi arbitry<sup>1110</sup> quem tunc habet cum baptizandus<sup>1111</sup> est aut dum baptizatur<sup>1112</sup> - ita in amente qui tempore sanitatis consensit disponit ad gratiam motus liberi arbitry<sup>1113</sup>, scilicet quem consensum praeuius habet cum sane mentis erat. Ad 2<sup>m</sup> dicitur quod effectus baptismi recipitur in mentem et ideo impediri non potest nisi ex contradictione mentis. Illi autem qui rationis vsum non habent non contradicunt mente, sed magis fantasia ducti. Et ideo talis contradictio effectum baptismi non impedit quando mentis sew<sup>1114</sup> rationis consensus praecessit, scilicet tempore vsus rationis 2<sup>m</sup> modum praepositum<sup>1115</sup>. Vtrum adultus vtens ratione non tamen consensiens in baptismo adhuc recipiat baptismum et eius effectum : arguitur quod non, quia nullus dissensiens contrahit matrimonium carnale, igitur nec spirituale, quia in illo non est minus sed magis requiritur consensus, in baptismo autem contrahitur quoddam matrimonium

f. 52 va

spirituale, quia tunc anima coniungitur et dispensatur<sup>1116</sup> Deo. In oppositum arguitur per hoc quod dicitur extra de baptismo et eius effectum, capitulo<sup>1117</sup> ‘Maiores’ : qui cum terroribus atque supplicys<sup>1118</sup> violenter attrahitur - et ne detrimentum incurrat - baptismi suscipit sacramentum talis sicut qui fecte ad baptismum accedit, characterem suscipit Christianitatis impressum<sup>1119</sup>. Notandum quod dupliciter dicitur quis non consensiens vno modo negatiue, ut ille qui non consentit actualiter nec etiam dissentit actualiter. Alio modo contrarie, et sic ponit actuaalem dissensum : illo modo enim dicitur quis non consensiens qui positiue dissentit, et est inter illa distincio sicut inter non velle et nolle. Illo modo praemisso dicitur primo quod - si quis non consensiat actualiter primo modo, scilicet negatiue tantum - consensiat tamen virtualiter si baptizatur : ipse recipit sacramentum et effectum sacramenti. Patet quia noluit Deus obligare hominem ad impossibile uel 2<sup>m</sup> statum huius vite nimis difficilem, sed non distrahi videtur nimis difficile pro statu huius vite, quia 2<sup>m</sup> Augustinum - 3<sup>o</sup> *De libero arbitrio* - non est in nostra potestate quibus visis tangimur. Et ergo noluit Deus salutem hominis ponere in illa condicione, quod si non distrahatur nec voluit eum obligare, quod in suscipiendo baptismum non

---

<sup>1109</sup> Dicitur quod ms.

<sup>1110</sup> Arbitry ms.

<sup>1111</sup> Baptisandus ms.

<sup>1112</sup> Baptisatur ms.

<sup>1113</sup> Arbitry ms.

<sup>1114</sup> Sic!

<sup>1115</sup> Praeexpositum ms.

<sup>1116</sup> Disponsatur ms.

<sup>1117</sup> Capitulo om. ms.

<sup>1118</sup> Sic!

<sup>1119</sup> Impraessum ms.

distraheretur. Et subdit Scotus quod sic est in omnibus alyis<sup>1120</sup> sacramentis : sacerdos enim in conficiendo Ewcaristiam<sup>1121</sup>

f. 52 vb

non obligatur necessario ad hoc, ut non sit distractus cum dicit verba consecrationis. Vere enim conficit distractus, dum tamen praeuius induendo se ad missam intenderit consecrare<sup>1122</sup> aut celebrare missam 2<sup>m</sup> morem Ecclesiae. Sic intelligendum est etiam de isto qui baptizatur et est tunc cum baptizatur<sup>1123</sup> sit distractus, quod nec dissentit. Actualiter cogitat de baptismo de aliquo impertinenti<sup>1124</sup>. Et dixi in conclusione nominanter : si consentit virtualiter, hoc est si antea cogitauit de baptismo et consenciebat actualiter et voluit ut baptizaretur<sup>1125</sup>, et si non tunc interuenit post hoc dissensus, tunc talis cum baptizatur vere suscipit sacramentum licet actu non cogitet de hoc, cum baptizatur<sup>1126</sup> propter distraccionem ad alia quia talis videtur non numerus capax baptismi. Si nunc in baptismo vtitur ratione, quam si praeuius vsus fuisset et nunc non vteretur, sed si in tali, nunc non vtente, sed tamen praeuius vsu sufficeret habitualis uel virtualis consensus, ut fuit dictum in priori quaestione, igitur et iste debet sufficere a forciori ; indicatur autem habitualiter, ymo<sup>1127</sup> virtualiter consentire 2<sup>m</sup> vltimum motum voluntatis. Si autem quis est virtualiter dissentiens<sup>1128</sup>, ut scilicet quod praeuius cogitat de baptismo et dissentit tunc actualiter, et non interuenit post hoc consensus, si talis tunc baptizatur et propter

f. 53 ra

distraccionem est actualiter non consenciens negatiue, ipse non recepit baptismum sic<sup>1129</sup> amens habitualiter dissenciens, de quo dictum est in priori questione. Si vero tertio quis numquam cogitauit de baptismo, uel si cogitauit, tamen non tunc consensit baptizari<sup>1130</sup> nec dissentit, quia neque placuit baptizari<sup>1131</sup>, nec displicuit sibi et eciam nunc nec consentit nec dissentit. Cum baptizatur talis, non recipit sacramentum baptismi nec eius effectum cum nec actualiter, nec habitualiter, nec virtualiter

---

1120 Sic!  
1121 Sic!  
1122 Consecrare ms.  
1123 Baptisatur ms.  
1124 Impertinenti ms.  
1125 Baptisaretur ms.  
1126 Baptisatur ms.  
1127 Sic!  
1128 Disenciens ms.  
1129 Sic emend. ms.  
1130 Baptisari ms.  
1131 Baptisari ms.

indicere consentiens. Quod tamen requiritur ad baptismum eciam videtur tale<sup>1132</sup> sacramentum contempnere eo, quod vtitur ratione et nullum tamen bonum motum habet actualiter, nec praeuius habuit in sacramentum. 2<sup>o</sup> dicitur 2<sup>m</sup> Scotum<sup>1133</sup> et Bonauenturam : si quis vtitur ratione et propter aliquod commodum<sup>1134</sup> vtile aut delectabile consequendum aut propter euadere aliquod malum pene vtputa tormenti<sup>1135</sup>, uel dampni temporalis sui uel suorum uel consimilem consentit corde in baptismo alias non facturus, scilicet si sine baptismo posset consequi suum intentum aut euadere penam uel dampnum. Et consentit in baptismum non solum ut est quoddam<sup>1136</sup> balneum, sed consentit in eum sic, quod baptizando<sup>1137</sup> circa eum fiat quod Ecclesia circa suos intendit facere. Si talis baptizatur, ipse verus recipit sacramentum baptismi

f. 53 rb

nec est posterius rebaptizandus<sup>1138</sup>. De hoc enim loquitur concilium tholitanum quod allegatur extra de baptismo et eius effectu capitulo 'Maiores': dicitur enim ibi quod illi qui pridem ad Christianitatem coacti sunt, quia iam diuinis sacramentis constat associatos, oportet vt fidem quam necessitate<sup>1139</sup> susceperunt tenere cogantur ne nomen Domini blasphemetur et fides quam susceperunt contemptibilis habeatur. Item ille qui involuntarie baptizatur<sup>1140</sup> rite non est rebaptizandus<sup>1141</sup> et talis voluntarie baptizatur, et si in alys<sup>1142</sup>, rite erit vere baptizatus<sup>1143</sup> et nullo modo rebaptizandus<sup>1144</sup>. Minor patet, quia Aristoteles 3<sup>o</sup> Ethicorum talem vocat similiter voluntarium et solum 2<sup>m</sup> quid involuntarium. Nam de eo qui proicit merces in mare propter hoc solum, ut saluet vitam, dicit Aristoteles eum simpliciter voluntarie proicere eo, quod mouet manus ad proieccionem et potenciam suam motiuam. Sua voluntas mouet imperando ei et hoc voluntas facit libere, quia cogi non potest simpliciter. Igitur simpliciter volens proicit merces, sed solum 2<sup>m</sup> quid nolens, id est solum sub condicione quia nollet facere si aliquo alio modo vitam posset saluare. Sic in proposito qui propter incommodum<sup>1145</sup> consequendum aut propter penam fugiendam consentit in baptismum,

---

1132 Talis ms.  
1133 Scotus ms.  
1134 Comodum ms.  
1135 Tormerti ms.  
1136 Quottam ms.  
1137 Baptizando ms.  
1138 Rebaptizandus ms.  
1139 Necessitatem ms.  
1140 Baptisatur ms.  
1141 Rebaptizandus ms.  
1142 Sic!  
1143 Baptisatus ms.  
1144 Rebaptizandus ms.  
1145 Incomodum ms.

f. 53 va

ille simpliciter vult baptizari<sup>1146</sup>, et solum secundum quid, id est sub condicione uult, scilicet si alias et sine baptismo posset consequi intentum, tunc nollet baptizari<sup>1147</sup>. 3° dicitur quod, si adultus vtens racione non consentit 2° modo, scilicet contrarie hoc est, quod actualiter dissentit si tunc baptizatur. Ipse nec sacramentum recipit nec eius effectum, et si postea consentit debet rebaptizari<sup>1148</sup>. Probat Scotus quia Deus, qui per sapientem dicit Prouerbiorum 3° : FILII<sup>1149</sup>, PRAEBE COR TUUM MICHI, non vult aliquem omnino invitum adscribere<sup>1150</sup> familie sue ; suscipiens autem baptismum adscribitur<sup>1151</sup> familie Christi per hoc. Et nota quod<sup>1152</sup> ad Deum *qui noscit corda* nulla est differentia inter reclamantem, siue etiam signo exteriori contrarium protestantem et inter non reclamantem aut non protestantem quia in rei veritate, si est dissensus in corde, idem est apud Deum : nullus enim eorum in veritate baptizatus est, verum quod quo ad iudicium Ecclesiae que iudicat de manifestis est distingwendum<sup>1153</sup> inter eum qui reclamationem baptizari<sup>1154</sup> aut ostendit hoc aliquo exteriori signo et inter eum qui non<sup>1155</sup> reclamationem, nec aliquo sufficienti exteriori signo suum ostendit dissensum. Primus enim noscit dissentire, secundus vero praesumitur consentire. Et ideo primus non cogitur ad obseruantiam religionis

f. 53 vb

christianae, tertius vero, scilicet non reclamans, cogitur ad talia obseruandum, nec in hoc potest argui Ecclesia quod isti nolenti et tamen non reclamanti faciet iniuriam. Nullius enim malum est quod in vitiis seruet christianam legem quam quod impune permittatur agere contra eam, quia nullius malum est inuitum aliqua bona facere et mala fugere quam libere et impune male agere et bona obmittere. Ad argumentum ante oppositum dicit Scotus quod in baptismo magis proprie est adopcio in filium quam quod ibi sit spirituale matrimonium, quia paruulus non potest proprie dici contrahere matrimonium cum non vtatur racione, cuius tamen vsus requiritur in omni contractu. In adopcione autem sufficit actus adoptantis, etiam si nullum habeat adoptatus. Quarto queritur vtrum adultus fictus recipiet baptismum et eius effectum. Arguitur quod sic, quia ipse accipit effectum baptismi, scilicet

---

1146 Baptisari ms.  
1147 Baptisari ms.  
1148 Rebaptisari ms.  
1149 Ffili ms.  
1150 Adscribere ms.  
1151 Asscribit ms.  
1152 Quod quo ms.  
1153 Sic!  
1154 Baptisari ms.  
1155 Non add. ms.

gratiam. Igitur a forciori recipit baptismus et characteris impressionem<sup>1156</sup>. Quis patet per illud *Ad Galathas*<sup>1157</sup> 2° : QUOTQUOT IN CHRISTO BAPTIZATI ESTIS<sup>1158</sup>, CHRISTUM INDUISTIS. Sed nullus induit Christum nisi accipiendo gratiam fiat conformis Christo. In oppositum arguitur quia Augustinus in *De penitentia* dicit et ponitur etiam in littera.

f. 54 ra

Omnis qui iam sue voluntatis arbiter constitutus est, cum accedit ad sacramentum fidelium, nisi peniteat cum veteris vite nouam inchoare non potest et de baptismo paruulorum dicit idem tunc valere. Incipit baptismus ad salutem cum illa ficcio veraci confessione recesserit que corde in malicia perseuerante peccatorum ablucionem non sinebat fieri. Igitur illa ficcio impediabat ablucionem peccatorum in baptismo et per consequens gratiam impediabat. Notandum quod fictus dicitur ille qui aliud praetendit exterius et aliud habet interius, potest autem baptismum suscipiens esse fictus dupliciter. Vno modo, quia exterius ostendit se velle recipere baptismum non ut balneum solum, sed eo modo quo Ecclesia intendit eum conferre, et tamen oppositum illius habet maior et sic deficit sibi intencio debita. Et qui sic ficte accedit ad baptismum ille nec recipit sacramentum : quia non est baptizatus nec etiam recipit effectum baptismi, scilicet gratiam et dimissionem culpe, ymo<sup>1159</sup> grauiter peccat cum tali ficcione et tam indigne suscipiendo sacramentum. Et si postea in eo cessaret ficcio huiusmodi, ipse rebaptizandus<sup>1160</sup> esset. Patet quia talis simpliciter nolens est respectu baptismi, dictum est autem praeuius, scilicet in priori questione,

f. 54 rb

quod simpliciter nolens nec suscipit sacramentum, nec effectum eius. Ecclesia tamen que exteriora videt indicaret eum baptizatum et consensisse in sacramentalem ablucionem, et ideo eum cogeret ad obseruanciam fidei et legis christianae, quia praesumit partem meliorem quando signa exteriora eam praetendunt magis et demonstrant. 2° modo potest quis esse fictus, scilicet qui se ostendit dispositum<sup>1161</sup> ad sacramentum percipiendum et non est dispositum, sed est in corde indispositus eo, quod non habet rectam fidem uel quia habet aliquod rectum peccatum mortale quod tum in actu committit. Vel, habet peccatum mortale praeteritum de quo nullo modo atteritur, et illo 2° modo locuntur sancti et doctores communiter de ficto baptismo et de illo qui est sic fictus, scilicet quod est

---

<sup>1156</sup> Inpraessionem ms.

<sup>1157</sup> Gallathas ms.

<sup>1158</sup> BAPTISATI ms.

<sup>1159</sup> Sic!

<sup>1160</sup> Rebaptisandus ms.

<sup>1161</sup> Dispoitum ms.

impenitens<sup>1162</sup> de peccato suo mortali aut quod non habet fidem. Dicunt doctores quod, si accedit ad sacramentum cum tali ficcione et in dispositione et tamen consentit in illud quod facit Ecclesia - et ut Ecclesia intendit facere - vere recipit baptismum, sed non recepit eius effectum. Quod autem vere recipiat baptismum, patet quia non est rebaptizandus<sup>1163</sup> postea, cessante sic ficcione, ut patet extra de baptismo et eius effectu capitulo 'Miores' : talis enim non involuntarius indicator, sed voluntarius, ut dictum fuit praeuius. Quod autem non suscipiat effectum

f. 54 va

baptismi, scilicet gratia, patet quia Deus nolentes non iustificat. Iuxta illud Augustini : « Qui creauit te, sine te non iustificabit te sine te », quia Deus adultum peccatorem non iustificat nisi ad hoc : propria voluntas illius cooperetur per actum contricionis de peccatis aut per aliam necessariam praedispositionem. Item quicumque ponit obicem gratiae, puta infidelitatem aut aliud mortale de quo non penitet, nullo modo accipit gratiam, secundum verba Augustini in oppositum questionis allegata. Sed ille fictus est talis de illo. Eciam intus illud Sapientiae primo : SPIRITUS SANCTUS DISCIPLINE EFFUGIET FICTUM. Alie autem ponuntur ad hoc auctoritates in littera. Contra istam conclusionem obicit Scotus sic : si ista esset<sup>1164</sup> quod talis susciperet baptismum et non gratiam, tunc ipse esset perplexus : non enim pateret sibi via salutis. Patet, quia non posset iterum baptizari<sup>1165</sup> cum esset baptizatus, nec potest etiam saluari sine gratia baptismali. Quod autem baptizatus<sup>1166</sup> non possit iterum baptizari<sup>1167</sup> patet, quia Deus instituit baptismum initerabilem ne propter plenam remissionem que ibi fit et culpe et pene daretur hominibus occasio sepius et faciliter delinquendi, si posset baptismus sepius iterari. Respondet Scotus quod ymo<sup>1168</sup> tali patet via salutis: nulli enim quocienscumque labenti in peccatum

f. 54 vb

praeclusit Deum viam salutis in hac vita. Non enim ad maiorem miseracionem voluit Deus quemcumque nostrum obligare quam ipse me voluit habere ad subditum suum, Petro autem querenti Mathei 18° : QUOTIENSCUMQUE DIMITTERE FRATRI IN IPSUM ? respondet Dominus sibi quod

---

1162 Inpenitens ms.  
1163 Rebaptizandus ms.  
1164 Essed ms.  
1165 Baptisari ms.  
1166 Baptisatus ms.  
1167 Baptizari ms.  
1168 Sic!

septuagesies sepcies. Ymo<sup>1169</sup> 2<sup>m</sup> Augustinum in omne milliensi<sup>1170</sup>, milliensi<sup>1171</sup> et uniuersaliter, quocienscumque peccauerit et recognouerit parcendum est ei. Sic ergo Deus instituit aliquod aliud remedium quocienscumque peccanti in via, scilicet sacramentum penitentiae. Dico ergo quod isti sic ficto patet via salutis per veram penitentiam de illa fictione ; iuxta illud Augustini positum in *De baptismo paruulorum*. Tunc valere incipit, etcetera, ut fuit allegatum 2<sup>o</sup> loco in oppositum questionis. Diceret aliquis quomodo talis habebit gratiam baptismalem. Respondetur : vno modo, quod si quis fictus habens gratia exempli septem peccata mortalia peniteret de sex ante baptismum, uel in baptismo, et de septimo non peniteret, tunc illa sex delerentur in baptismo et remaneret septimum. Et si postea de illo septimo eciam peniteret, tunc cessaret iam fictio et sic tunc conferretur, scilicet iam gratia baptismalis. Sed illa solucio non videtur bona eo, quod non potest vnum mortale deleri sine alio quoniam

f. 55 ra

2<sup>m</sup> Augustinum est quedam impietas a Deo dimidiam sperare veniam. 2<sup>o</sup> dicitur quod illi ficto nullum peccatum dimittitur in baptismo, sed tantum imprimitur character et recedente fictione per penitentiam. Tunc datur gratia maior et perfectio, scilicet que correspondet baptismo et penitentiae subsequende, sed contra hoc arguitur quia susceptio baptismi facta cum fictione est mortua quia non est in ea gratia collata ; igitur non vnificatur<sup>1172</sup> sicut nec cetera opera bona. Ad hoc respondet S<anctus> T<homas> dicens quia baptismus non solum habet efficaciam ex opere operantis, sed magis habet eam ex opere operato, et illud opus operatum - ut dicit - est opus Dei et<sup>1173</sup> non hominis. Licet ergo opus operans illius ficti fuerit mortuum et numquam viuificetur, opus tamen operatum non potest esse totaliter mortuum. Tercio dicitur quod isti sic ficto et postea penitenti datur tantum gracia correspondens penitentiae suscepte et non datur sibi aliquod de gratia correspondens precise<sup>1174</sup> baptismo quem in fictione suscepit, quia fuit mortua. Sic ergo 2<sup>m</sup> illum modum ipsa penitentia illi fictionem illa etiam impetrat sibi gratiam. Sed quia textus de consecratione<sup>1175</sup> distincione 4<sup>a</sup> dicit quod baptismus incipit valere quando fictio recedit, 2<sup>m</sup> illum

f. 55 rb

---

<sup>1169</sup> Sic!  
<sup>1170</sup> Millesies ms.  
<sup>1171</sup> Millesies ms.  
<sup>1172</sup> Vnisficatur ms.  
<sup>1173</sup> Vel ms.  
<sup>1174</sup> Praecise ms.  
<sup>1175</sup> Consecracionem ms.

autem vltimum modum non inciperet baptismus vmquam valere, sed tantum penitentia, etcetera. Et ergo ad hoc aliter dicunt aly<sup>1176</sup>, scilicet quod quando recedit ficcio per penitentiam, tunc in virtute baptismi praecedentis deletur tota culpa et tota pena eorundem peccatorum quod ille ante baptismum commisit peccata, vero omnia que post baptismum commisit non delentur tota saltem regulariter. Non enim deletur virtute baptismi cum nichil ille operetur respectu sequencium peccatorum nec virtute contricionis, que non tanta est quod totam penam deleat, licet in casu possit esse tanta. Hanc viam dat S<anctus> T<homas> in solucione 2<sup>o</sup> rationis in 2<sup>o</sup> articulo de hac materia, et eis eam asserit Durandus huiusmodi : enim gratiae collacio est solum ex diuino facto, et illud esse potest de dando ipsam quando sacramentum actu suscipitur et suscipiens non ponit obicem, uel postquam susceptum est sacramentum et remotum fuerit quod praeuius fuerat impedimentum. Ad hoc facit beatus Thomas tale argumentum : character quantum est ex se est dispositio necessitans ad gratiam nisi superveniat impedimentum, sed recente ficcione cessat impedimentum. Igitur, cum in tali sit character quia vere est baptizatus, in eo etiam causabitur gracia

f. 55 va

baptismalis habens characterem remoto impedimento. Idem v vlt Bonauentura dicens : sacramentum baptismi, cum non sit iterabile, imprimit characterem, et ille habet omnem efficaciam recedente ficcione quam habuisset ante. Vnde peccata illa remittit quantum ad penam et culpam que praecesserunt, que autem post commisit virtute penitencie remittuntur et pro illis est penitentia imponenda. Ad argumentum ante oppositum respondet Scotus quod omnis baptizatus induit Christum quantum ad hoc, quod Christi familie adscribitur<sup>1177</sup>. Fit enim de Ecclesiae numero, quamuis non semper merito : non enim quilibet baptizatus induit Christum per caritatem sew<sup>1178</sup> per gratiam, et primum indumentum potest dici communis omnibus de familia, 2<sup>m</sup> est speciale filiorum. Vel potest dici quod licet talis sit baptizatus in Christi nomine non tamen est in Christo baptizatus<sup>1179</sup>, quia non in virtute Christi interius baptizantis<sup>1180</sup> et mundantis. Et dicit Magister in littera quod qui in Christo, id est in Christi conformitate baptizantur<sup>1181</sup>, ut scilicet morientur vetustate peccati, sicut Christus vetustate pene, illi induunt Christum uel quem per gratiam inhabitantem habent. De hoc loquitur Augustinus in *De baptismo paruulorum* dicens : « Induunt autem homines Christum aliquando usque ad perceptionem sacramenti,

---

1176

Sic!

1177

Asscribitur ms.

1178

Sic!

1179

Baptisatus ms.

1180

Baptisantis ms.

1181

Baptisantur ms.

f. 55 vb

aliquando etiam vsque ad vite sanctificationem, et illud praemium bonis et malis commune est, hoc alterum vero proprium bonorum est ». Omnes ergo qui in Christi nomine baptizantur<sup>1182</sup> Christum induunt uel 2<sup>m</sup> sacramenti perceptionem, uel sanctificationem. Dubitatur primo circa litteram de hoc quod dicit S<anctus> Augustinus : « Nisi peniteat eum veteris vite, nouam non potest inchoare ». Si hoc esset verum, tunc penitentia deberet praecedere baptismum et sic baptismus non esset primum sacramentum. Respondetur quod Augustinus non loquitur de sacramento penitentiae. Illud enim non debet praecedere, sed loquitur de penitentie virtute, quia vult quod in adultis qui habent peccata actualia mortalia ipsum baptismum debet praecedere contritio de huiusmodi peccatis, alias fide accederent et non susciperent effectum baptismi qui est gratia, etcetera. Dubitatur secundo de hoc quod dicit Magister, quod nec paruulis sine fide aliena qui propriam habere non possunt datur remissio. Contra ex hoc videtur sequi quod, si parentes paruuli essent infideles<sup>1183</sup>, tunc paruulus baptizatus<sup>1184</sup> dampnaretur - quod est falsum et contra Augustinum et Bonifacium -. Respondetur prout dictum fuit superius : paruulo sufficit fides Ecclesiae eis militantis, que numquam deficiet totaliter vsque ad consumacionem seculi. Item dicit Magister, nam redire dimissa peccata vbi fraterna caritas non est -

f. 56 ra

docet Augustinus -. De illo docetur posterius distincione 22<sup>a</sup> : ibi enim docetur quando et quomodo redeant dimissa peccata et quomodo non de illo quod dicit induunt homines Christum. Aliquando est notandum quod Christum induere nichil aliud est quam Christi similitudinem assumere, et hoc contingit dupliciter primo modo exterius - per sacramentalem repraesentationem, ut quod quis assumit sacramentum per quod sacramentum repraesentat mortem Christi et Eius resurrectionem - alio modo interius - per realem mutacionem et virtutum conformacionem solum -. Primo modo induunt Christum qui ficti accedunt, sed vtroque modo fieri boni et qui bene dispositi accedunt. Isti enim exterius induunt Christum in signo sacramentali et interius induunt Eum per gratie susceptionem et per bonorum operum imitationem<sup>1185</sup>, etcetera. Quinto queritur vtrum omnes, baptizati<sup>1186</sup> non ficti, equaliter recipiant effectum baptismi. Arguitur quod non<sup>1187</sup>, quia in adultis baptismus tollit originale peccatum et similiter actualia peccata in paruulis, vero solum originale igitur plus efficit in adultis

---

1182 Baptizantur ms.  
1183 Infideles quod ms.  
1184 Baptizatus ms.  
1185 Ymittacionem ms.  
1186 Baptizati ms.  
1187 N ms.

quam in pueris, quo ad mali remotionem. Confirmatur : mitigacio fomitis est effectus baptismi, sed post baptismum inve-

f. 56 rb

-nitur fomes magis mitigatus in vno quam in alio, igitur baptismus quo ad hoc plus efficit in vno quam in alio. Secundo sic : si gratia confertur in baptismo 2<sup>m</sup> exigenciam fidei et praedispositionis bone, ut dicit Damascenus, sed vnus accedit cum maiori dispositione et fide quam aliter, igitur maior confertur gratia, et sic baptismus in vno plus efficit quam in alio, eciam quod ad boni collacionem. In oppositum arguitur quia baptismus magis dependet a conferente qui habet se ut causa efficiens quam a suscipiente qui habet se ut materia solum. Sed videtur quod ministrorum inequalitas nichil faciat ad inequalitatem effectus, igitur nec a fortiori inequalitas suscipientium. Notandum quod multipliciter ponit effectus baptismi. Primus est character quod imprimit animae, solet dici sacramentum et res et de isto propono posterius facere mentionem, 2<sup>us</sup> est dimissio culpe, 3<sup>us</sup> est dimissio pene, 4<sup>tus</sup> est collacio gratiae, 5<sup>tus</sup> est remissio fomitis. Plures aly<sup>1188</sup> ponuntur effectus baptismi de quibus non est cura ad primum<sup>1189</sup>. De primo propono dicere posterius, sed de illis quatuor dicam nunc et maxime de tribus prioribus. Sic ergo conclusio prima: baptismus in eo qui non fecte accedit aufert<sup>1190</sup> ratione operis operati omnem culpam

f. 56 va

quam in eo invenit, et etiam omnem penam persone per huiusmodi saltem actuali culpa uel culpis quo ad Deum et quo ad Ecclesiam debitam. Prima pars probatur, quia dicit Augustinus in *Enchiridion* 23<sup>o</sup>: Baptizati<sup>1191</sup> non vni tantum peccato, sed multis magis aut omnibus moriuntur, quaecumque eciam propria commiserunt<sup>1192</sup> uel cogitacione, uel locucione, uel opere. Item per baptismum directe, uel per se generamur ad spiritualem vitam, ut dicitur ad Thytum. 3<sup>o</sup> per lauacrum regeneracionis igitur baptismus quantum est de se et non exigente impedimento ex parte suscipientis tollitionem, formam et dispositionem impossibilem<sup>1193</sup> spirituali vite contrariam, sed certum est quod tam originale quam actuale mortale est impossibile vite spirituali que est per gratiam gratum facientem et veniale. Licet non repugnat huic vite quia potest stare cum gratia, tamen disponit ad contrarium eius, scilicet ad mortale igitur in baptismo tolluntur omnia. Item ambe partes conclusionis patent simul per Magistrum

---

<sup>1188</sup> Sic!  
<sup>1189</sup> Primus ms.  
<sup>1190</sup> Auffert ms.  
<sup>1191</sup> Baptisati ms.  
<sup>1192</sup> Comiserunt ms.  
<sup>1193</sup> Incompossibilem emend. ms.

in littera, quia loquens de hys<sup>1194</sup> qui praeuius iustificati accedunt ad baptismum dicit. Cum autem baptismum percipiunt et a peccatis si qua interim commiserunt mundantur et ab exterioris satisfactione liberantur et eis gratia adnutrix omnisque virtus

f. 55 vb

augetur, ut ferre nouus homo tunc dici possit. Si autem hec conferantur virtute baptismi praeuius iustificatis, pari ratione omnibus rite suscipientibus. Item Ambrosius super illud<sup>1195</sup> Ad Romanos 11<sup>o</sup>: SINE PENITENTIA SUNT DONA DEI ET VOCACIO. Dicit : gracia Dei in baptismo non requiritur genitum, uel planctum, uel aliquod opus, sed omnia gratis condonat et, ut dicit Magister, hoc de exteriori gemitu, planctu et satisfaccione<sup>1196</sup> intelligendum est, quia sine exteriori nemo adultus renouatur. Hoc autem non esset nisi a peccato et a penis pro peccatis debitis baptismus liberaret. Et nominanter dixi in conclusione non ficte, quia si quis accederet ad baptismum cum peccato infidelitatis aut alio mortali sine attricione de eodem, ille proprie ficte accederet et a nullo peccato nec a pena pro tunc per baptismum liberaretur, ymmo<sup>1197</sup> peccaret nouo peccato eo, quod sacramentum indigne sumeret. Si quis accederet vero ad baptismum cum peccato veniali quod tunc actu committeret uel esset in proposito posterius committendi, illa esset ficcio 2<sup>m</sup> quid et impedit effectum baptismi non simpliciter, sed quantum ad remissionem illius venialis, quod actu committit aut committere proponit. Dixi eis nominanter quod tollit omnem penam saltem pro actuali debitam : penas

f. 57 ra

enim toti naturae humane pro originali debitas, vt sunt mors, incineracio, fames, sitis, pugna carnis aduersus spiritum et defectus inflictus humano generi non<sup>1198</sup> tollit baptismus. Et hoc ideo quia Deus baptismus ad hoc non ordinauit ut eas tollerent. Congruum enim fuit quod huiusmodi penalitates in nobis hic remanerent, ut dicit Bonauentura primo ad manifestandum equitatem Dei in Iudicio, ut illam sententiam quam Deus dictauerat de morte Ade et posteriorum eius et sic eciam de alyis<sup>1199</sup> penalitatibus. Cum dixit : CINIS ES ET IN CINEREM REVERTERIS IN SUDORATIONE VULTUS TUI<sup>1200</sup>, etcetera, immobilis<sup>1201</sup> permaneret, vnde : AB ILLA MORTE NEMO EVADET. 2<sup>o</sup> ad ostendendum

---

1194 Sic!  
1195 Illo ms.  
1196 Satisfaccione emend. ms.  
1197 Ymo ms.  
1198 Non it. ms.  
1199 Sic!  
1200 Gen. 3, 18  
1201 Immobilis ms.

fructum passionis Christi, quia si Dominus per baptismum curaret naturam et fomitem, in parente filius nasceretur immunis a culpa, nec indigeret regenerari a Christo. Vt ergo omnes se Christi passione noscant indigere data est virtus sacramento a passione qua remittit Deus penas personales et non naturales. 3° ad promouendum meritum liberi arbitry<sup>1202</sup> : promouent enim ad multiplex bonum huiusmodi penalitates primo ad humilitatem, cum ex eis homo cognoscit proprium imperfectum ; 2° iuuant de timoris incussione cum scit se homo moriturum et nescit horam; 3° promouent hominem ad sui ipsius cognitionem, vnde Ysaie 28° : SOLA

f. 57 rb

VEXACIO DAT INTELLECTUM. 4° simulat hominem ad bonum iuxta illud Michee 2°: SURGITE ET ITE QUIA NON HABETIS HIC REQUIEM. 5° dat exitum non peccandi cum homo considerat propter peccatum Ade tam grauia toti humano generi illata, vnde Zachariae 13 °: ADAM, EXITUM MEUM, AB ADOLESCENTIA MEA PROMOVERET ECIAM AD EXERCITIUM VIRTUTUM. Vnde Iudicium 3° : HEC SUNT GENTES QUAS RELIQUIT DOMINUS, UT IN EIS ERUDIAT IERUSALEM. 4°, congruum fuit huius penalitates remanere propter hoc, ut nemo ipsorum oblacione recipiat in retributionis praemium, ne scilicet homines propter hoc solum ad baptismum venirent. Si enim ibi daretur immortalitas<sup>1203</sup> et aly<sup>1204</sup> defectus in baptismo tollerentur, propter hoc plures accederent quam propter gratiam, nec tunc fides haberet meritum cui humana ratio praeberet experimentum. Manent ergo huius penalitates hic et per gratiam baptismalem ut cedant ad multiplicem homini vtilitatem, ut dictum, sed in fine mundi. In generali resurreccione erit in virtute meritorum Christi, ut omnes electi curentur et sanentur ab omnibus hys<sup>1205</sup> et alys<sup>1206</sup> defectibus. Dixi quoque nominanter in conclusione quo ad Deum uel in foro Dei debitam. In iudicio namque humano non solum attenditur qua pena sit homo dignus quo ad Deum, sed eciam in qua sit obligatus quo ad homines qui sunt lesi per peccatum. Et ideo licet infidelis

f. 57 va

committens homicidium, si postea baptizatur, liberetur totaliter a culpa et a reatu pene eterne et pene temporalis satisfactorie quo ad Deum remanet, tamen obligatus quo ad homines ad penam iuste pro tali culpa a principe instituta. Et dicit Durandus quod in talibus posset princeps pie penam dimittere, maxime si signa euidentia apparerent quod homicida talis peteret baptismum ex deuocione fidei et non solum ex timore mortis. Insuper dixi nominanter in conclusione quo ad Ecclesiam, vnde pene

---

<sup>1202</sup> Sic!

<sup>1203</sup> Inmortalitas ms.

<sup>1204</sup> Sic!

<sup>1205</sup> Sic!

<sup>1206</sup> Sic!

iuris et Ecclesiae - ut sunt excommunicatio et irregularitas - et cetera debite pro peccatis remittuntur<sup>1207</sup> in baptismo : homicida enim ante baptismum, ut fuit Paulus respectu Stephani, potest post baptismum ordinari quia ille pene consecutus culpam. Et sicut in baptismo totaliter dimittitur culpa, sic etiam pena talis ecclesiastica pro tali culpa inflictata remittitur, quia regeneratur homo in baptismo et fit quasi nouus homo, quo ad Deum et Ecclesiam. Verum dicunt aliqui quod irregularitas contracta ex bigamia non tollitur per baptismum, ita quod si Iudeus bigamus baptizatur non possit fieri clericus, quia talis pena non est contracta ex culpa. An autem, irregularitas contracta, audite iuste, reum condemnante ante baptismum tollatur per baptismum, quidam dicunt quod sic, et

f. 57 vb

quidam quod non quia, ut dicunt illi, per baptismum non tollitur pena nisi in quantum est pena culpe. Sed hec irregularitas nullius pena culpe fuit, cum iudex non peccauerit iuste condemnando. Si autem priuata persona occidat ex ira ante baptismum tunc, quia iniuste occidit, si postea rite absoluitur a culpa et ab irregularitate que fuit, pena ecclesiastica illius culpe et in illo casu melior videtur esse condicio illius qui peccauit quam illius qui non peccauit. Sed hoc est ex virtute sacramenti : hoc tamen de pena ecclesiastica plus pertinent ad iuristas quia sunt ex ordinatione iuris. Contra hanc conclusionem arguitur et primo quod baptismus non semper omnem culpam tollit, quia accedat homo ad baptismum cum motu venialis peccati ; tunc non delet, scilicet illam venialem culpam alias simul esset et non esset. 2° arguitur quod non tollat omnem penam pro peccatis debitam in foro Dei, quia dicit Augustinus quod peccatum aut homo punit, aut Deus punit. Si ergo homo non punit, quod commisit punietur a Deo, igitur non tollitur per baptismum. 3° culpa non potest ordinari nisi per penam, sed Deus nichil inordinatum reliquit in mundo. Igitur non obmittet quando pro culpa aliquam penam infligat et per consequens baptismus absoluit ab omni, quia

f. 58 ra

ab illa non quam Deus infliget baptizato<sup>1208</sup>. Ad primum dicunt quidam quod in illo casu veniale efficitur mortale sic, quod isti peccato quod alias esset veniale additur contemptus qui est mortalis eo, quod talis negligit se disponere ad sacramentum. Sed illud est ius durum quia frequenter insurgunt motus veniales cum etiam spirituales homines suscipiunt sacramenta. Ideo dicendum est quod motus venialis peccati non facit fictum simpliciter quia gratiam non expellit, sed eam minuit aliquo modo et ad mortale disponit, et ideo baptismus in tali tollit omnem aliam culpam et penam. Et quoniam

---

<sup>1207</sup> Remittunt ms.

<sup>1208</sup> Baptisato ms.

statim talis motus venialis cessat, tunc baptismus plenum<sup>1209</sup> habet suum effectum, quia statim delet etiam illud veniale quod baptismo coexistebat. Pro illis duobus argumentis notat Sanctus Thomas quod Christus per passionem et mortem suam sufficienter satisfacit pro peccatis totius humani generis, etcetera, si essent multa plura et quia homo per baptismum in morte Christi baptizatur<sup>1210</sup> et ei commoritur et ei consepelitur<sup>1211</sup>, ut dicitur Ad Romanos 6°. Et ideo baptismus quantum in se est totam efficaciam passionis in baptismatum influit et propter hoc absoluit non solum a culpa, sed etiam a pena satisfactoria pro culpis, ut praeuius audistis. Per

f. 58 rb

hoc ad argumentum 2<sup>m</sup> respondet S<anctus> T<homas> quod per baptismum incorporatur homo Christo et efficitur membrum eius. Et ideo pena quam Christus sustinuit reputatur isti in satisfactionem, quia SI QUID<sup>1212</sup> PATITUR VNUM MEMBRUM OMNIA ALIA COMPATIUNTUR, ut dicitur Primo *Ad Corinthios* 12°. Et ideo Deus in Christo peccata illa puniuit, propter quod dicitur Ysaie 13° : POSUIT IN EO INIQUITATES OMNIUM NOSTRUM ; VIDETE QUAM INESTIMABILE ET STUPENDUM EST. Hoc, quod innocens Dominus penas protulit quas nos serui eius meruimus peccatis nostris et huiusmodi satisfactio per baptismum principaliter et per alia sacramenta consequenter applicatur nobis modo quo audistis, quod valde a nobis est perpendendum ut simus grati de tantis beneficiis<sup>1213</sup> et simus Deo prouiores ad gratiarum actiones reddendum tanto benefactori Christo Domino. Quia ingratitude pessimum est vicium et maxime displicens benefactori et quilibet poterit in se experiri, et ideo maxime priuat homines benefactorum fructibus. Inter omnes species ingritudinis illa maxima est, quod homo nec tantam diligentiam apponere vult ut etiam noscat aut recogitet suscepta beneficia, ut dicit Seneca. Ad 3<sup>m</sup> dicit quod Deus ordinet culpam dupliciter vno modo ut satisfaciens, et sic culpa

f. 58 va

illius baptizati<sup>1214</sup> remanet ordinata per satisfactionem Christi alio modo ut medicina sanans uel ut resecans membrum insanabile. Et sic culpa in baptizatis<sup>1215</sup> reordinatur ut sanata per gratiam appositam ipsi baptizato<sup>1216</sup>. 2<sup>a</sup> conclusio : omnibus qui rite et non fecte suscipiunt baptismum confertur ex virtute sacramenti et ratione operis operati equale beneficium gratie probatur, quia tota

---

1209 Plenum emend. ms.  
1210 Baptisatur ms.  
1211 Consepelitur ms.  
1212 Quid om. ms.  
1213 Sic!  
1214 Baptisati ms.  
1215 Baptisatis ms.  
1216 Baptisato ms.

causalitas baptismi quantum ad beneficium gratiae gratum facientis est ex merito Christi. Sed quod illud equaliter respicit omnes saltem quantum ad sufficientiam, quia Christus passus est essentialiter equaliter pro omnibus, igitur quilibet qui rite suscipit et non fecte baptismum equaliter suscipit gratiam, in quantum est ex parte sacramenti et ratione operis operati. Item tota essentia illius sacramenti est ex diuino statuto, quoniam Deus statuit quod in suscepcione debita baptismi vult conferre gratiam. Et cum non sit acceptor personarum, videtur quod determinat se semper concursurum ad equalem gradum glorie conferendum quantum est ex parte sacramenti praecise, licet aliunde possit aliquando addi maior, ut patebit statim. Et nominanter dixi in conclusione ex virtute sacramenti, etcetera, quia secundum Scotum Deus aliquam gratiam disposuit regulariter conferre cum baptismo, ita quod nulli cum illo sacramento vult dare maiorem. Et illa gracia

f. 58 vb

dicitur conferri ex virtute sacramenti et ex opere operato. Et subdit dicens : verum est tamen quod, quia Deus praedestinat diuersos electos ad diuersos gradus glorie, et hoc antequam instituit baptismus et antequam determinauit tantam et tantam gratiam in baptismo conferendam - praedestino autem ad maiorem gloriam rationabiliter confertur maior gracia - potuit ergo Deus in determinando et instituendo virtutem et efficaciam baptismi disponere. Quod alicui conferret praecise istam gratiam que confertur omnibus ex vi sacramenti et ratione operis operati, alicui autem conferret maiorem, scilicet quem praedestinauit ad maiorem gradum glorie. Sed iste vltior gradus glorie non confertur virtute baptismi, sed ex Dei beniuolencia speciali. Et sic etiam dicit Bonauentura quod, quia Deus potenciam suam non alligauit sacramentis, non est necesse quod semper in baptismo det eiam paruulis equalem gratiam, sed potest facere cui vult priuilegium speciale. Dixi etiam nominanter in conclusione beneficium gratiae siue effectum gratiae quia alium effectum qui est dimissio culparum et penarum non semper suscipiunt equaliter omnes baptizati<sup>1217</sup>, ut patet de paruulo qui baptizatur : non habet nisi originale et de adulto repleto mortalibus et venialibus, vtrique totum dimittitur et sic adulto plus quam paruulo, et sic eiam vni adulto

f. 59 ra

plus dimittitur quam alterius non ratione maioris<sup>1218</sup> efficacie baptismi in vno quam in alio. Sed ideo, ne diuerse disponicionis eorum in vno enim plus inuenit purgandum quam in alio, et si equaliter essent obligati equaliter mundarentur. 3<sup>a</sup> conclusio : quamvis non ex vi sacramenti, tamen ratione

---

<sup>1217</sup> Baptisati ms.  
<sup>1218</sup> Maioraris ms.

disposicionis varie baptizatorum<sup>1219</sup> vnus altero maiorem suscipit gratiam in baptismo. Prima pars patet ex priori conclusione. 2<sup>a</sup> probatur quia adulto non dimittitur peccatum aliquod in baptismo, nec digne suscipit sacramentum sine meritoria de peccatis contritione; si sit saltem vtens ratione et illi contritionem, correspondet certa porcio gratie vltra gratiam baptismalem que praecise virtute sacramenti confertur. Talem autem contricionem non habet paruulus, igitur non recipit illum gradum gratiae eidem correspondentem, sed solum gradum qui virtute sacramenti confertur. Igitur maiorem recipit adultus quam paruulus ratione proprie disposicionis sue. Item stat vnum adultum habere maiorem contricionem pro peccatis quam alium, et habere maiorem eis deuotionem quam alium et meliorem praeparationem ad sacramentum, et talis etiam maiorem suscipit gratiam quam aliter non tantum bene dispositus. 4<sup>a</sup> conclusio a ministro sanctiore

f. 59 rb

sew<sup>1220</sup> ex baptizantis<sup>1221</sup> merito, quandoque plus confertur gratie et virtutum vni baptizato<sup>1222</sup> quam alteri secum equaliter disposito. Patet quia Constatinus, ex merito Siluestri baptizantis<sup>1223</sup> ipsum fuit sanatus a lepra, et cum hoc fuit scilicet collata multiplex gratia. Item oraciones sacerdotis boni quas super baptismum scit multas ante et post hoc baptismi magis exaudiuntur et valent illi pro quo fuerit. Et hoc ratione meriti propri<sup>1224</sup> illius sacerdotis quam oraciones cedere sacerdotis mali aut non deuoti, quia licet per ministrum malum baptismus quantus est ex opere operato praecise sit tanti vigoris quanti per ministrum<sup>1225</sup> bonum, tamen, si cum virtute sacramenti accederet propria deuocio ministri qui oraret pro paruulo uel alio baptizato<sup>1226</sup>, plus sibi conferretur de beneficio graciae. Cum enim, ad partes boni et deuoti sacerdotis, Deus ad se conuertat induratos et obstinatos in peccatis, quis dubitat queri ad praeces tamen pronus sit conferre graciae copiosiore. Potest etiam contingere quod in parentibus vnus baptizandi<sup>1227</sup> sit maior motus deuotionis uel offerentis eum ad baptismum, uel in patrinis, uel in ministrantibus, uel in assistentibus baptismo. Propter quorum merita deuocionis et penas effectus et oraciones Deus plus vim<sup>1228</sup> confert gratie

f. 59 va

---

1219 Baptisatorum ms.  
1220 Sic!  
1221 Baptisantis ms.  
1222 Baptisato ms.  
1223 Baptisantis ms.  
1224 Sic!  
1225 Mistrum ms.  
1226 Baptisato ms.  
1227 Baptisandi ms.  
1228 Vin ms.

quam alterius non virtute baptismi, sed alieni meriti. Et hoc modo forte parentes beati Nicolay<sup>1229</sup> oracionibus suis meruerunt sibi maiorem gratiam que fuit in eo adhuc paruulo principium tam mirabilis effectus, ut duobus diebus in hebdomada<sup>1230</sup> **in**uncta<sup>1231</sup> lactatione contentus remaneret ; ita vult Scotus. Ex quibus patet quod assistentes collacioni baptismi non debent ridere et iocari ut aliquorum malus mos est a quo retrahi debent et doceri, ut habeant se honeste et mature ad reuerentiam sacramenti baptismi cui Christus sua passione et morte tantam efficaciam - ut audistis - et nobis tam salutarem meruit et ut deuote pro paruulo aut alio baptizando<sup>1232</sup> orent ad merendum, ut sibi augeatur gracia super gratiam baptismalem. Ambo argumenta ante oppositum probant conclusionem terciam, ut patet intuenti. Ad confirmacionem vero dicitur quod gracia quae confertur in baptismo non minuit fomitem quo ad suam essenciam, sed quo ad suum effectum quem consuevit<sup>1233</sup> causare in animam hominis, ut peccatum et inclinationem ad peccata. 2<sup>m</sup> enim quod gracia in anima hominis augetur, 2<sup>m</sup> hoc fomes minus habet efficaciam inclinandi ad peccata, quamuis ipse fomes in se et in sua essentia manet. Idem et eque magnus et huius dat Scotus familiare exitum de lapillo alligato alis

f. 59 vb

aquile, quia si cresceret virtus motiua ale, quantumcumque cresceret, numquam tamen minueretur grauitas lapilli. In se tamen grauitas lapilli minueretur quantum ad effectum : quanto enim maior virtus est in ala, tanto lapillus minus ascensum impedit uel volatum. Sic in proposito quantumcumque crescat gracia non minuitur fomes in seipso sed minuit quo ad effectum, quia quanto gracia maior est in anima, tantum minus potest fomes hominem inclinare ad peccata. Sexto queritur vtrum baptismus flaminis siue fluminis sufficiat ad salutem. Arguitur quod non, quia Dominus dicit Iohannis 3<sup>o</sup>: NISI QUIS RENATUS FUERIT EX AQUA ET SPIRITU SANCTO NON POTEST INTROIRE IN REGNUM CELORUM. Sed nullus sic renascitur nisi baptizetur<sup>1234</sup> baptismo aque siue fluminis, igitur nullus intrat in regnum celorum sine baptismo fluminis, igitur baptisma spiritus non sufficit. 2<sup>o</sup>, Actuum 10<sup>o</sup> dicitur quia Cornelius et qui cum eo erant receperunt praeuius Spiritum sanctum, et post modum baptizati<sup>1235</sup> sunt baptismo aque quod non videtur factum fuisse nisi quia baptismus flaminis non sufficit sine baptismo fluminis. Tertio, si aliquis saluari possit sine baptismo aque maxime videtur de paruulo cui cicius debet eximia Dei subuenire. Sed paruulus qui non est renatus aqua

---

1229 Sic!  
1230 Ebdomoda ms.  
1231 Vinta ms.  
1232 Baptizando ms.  
1233 Sic!  
1234 Baptisetur ms.  
1235 Baptisati ms.

f. 60 ra

dampnatur, ut dicit Augustinus in *De fide* ad Petrum et ponitur in littera. Igitur a forciori nullus alius sine aque baptismo potest saluari qualitercumque aliter baptizatur<sup>1236</sup>, scilicet baptismus fluminis uel sangwinis<sup>1237</sup>. 4<sup>o</sup>, si sine baptismo aque potest quis saluari uel baptizari<sup>1238</sup>, tunc baptismus aquae non esset sacramentum necessitatis. Et sic non peccarent qui nollent baptizari<sup>1239</sup> aqua, quod est manifeste falsum ; igitur sine baptismo non est alicui salus. In oppositum arguitur per illud Iohannis 11<sup>o</sup> : QUI VIVIT ET CREDIT IN ME NON MORIETUR IN ETERNUM. Sed iusti credunt et fideles sunt ante baptismum fluminis per solum baptismum fluminis. Igitur si decedunt in tali fide non moriuntur in eternum. Item Ambrosius de quodam cathecumino mortuo ante baptismum fluminis dicit quod regnaturus eram, gratiam quam poposcit non amisit. Igitur ille saluus fuit sine baptismo fluminis. Notandum per questionem<sup>1240</sup> quod Damascenus in suo 4<sup>o</sup> nouem distinguit<sup>1241</sup> et enumerat baptismata. Primum est baptismus fluminis qui est tinctio in aqua cum certa forma verborum ex institutione diuina significans, ut superius de hoc dictum fuit. 2<sup>us</sup> est baptismus sangwinis<sup>1242</sup> et est martirium pro Christo perpassum et ille baptismus non est proprie sacramentum eo, quod deficient, scilicet ea que sunt de ratione sacramenti proprii<sup>1243</sup> dicti. Deficit enim repraesentatio ex similitudine, quia sang-

f. 60 rb

-gwis<sup>1244</sup> non habet rationem ablutionis sicut habet baptismi materia, quae est naturalis aqua que maxime nata est abluere. Deficit etiam significatio ex institutione, quia martirium non est adeo institutum ad hoc, ut significet mundacionem interius a peccato. Sicut baptismus aquae institutus est, etiam non seruatur ibi aliqua forma verborum ad hoc determinata, ut oportet fieri in baptismo, qui est sacramentum. Tertius est baptismus penitentiae : sic nominat eum Magister in littera, et est iustificatio hominis interius et mundacio a peccato per gratiam sibi collatam, et hoc virtute contricionis et penitentiae praeuie. Vel, si volumus istum baptismum nominare quoddam nomine generaliori, tunc communiter nominatur baptismus fluminis et sic est iustificatio hominis a peccato interius per gratiam sibi a Deo collatam. Siue illud sit in vtero matris, ut qui ibi sanctificabant ex speciali privilegio, siue fiat post natiuitatem ex vtero, et hoc per penitencie virtutem sicut in adultis

---

1236 Baptisatur ms.  
1237 Sanswinis ms.  
1238 Baptisari ms.  
1239 Baptisari ms.  
1240 Questione ms.  
1241 Sic!  
1242 Sic!  
1243 Sic!  
1244 Sagwis ms.

qui mundantur per contricionem de illis, siue eis per sacramenti baptismi applicacionem. Semper enim interior iustificacio a peccatis est baptismus fluminis, licet exterior ablucio sit baptismus fluminis. Et ille baptismus fluminis etiam non est sacramentum cum non sit res sensibilis, sed potius est res sacramenti, ut sepe dictum fuit. Licet ergo baptismus sangwinis<sup>1245</sup> et fluminis

f. 60 va

non sunt sacramentum, dicunt tamen communiter baptismi propter similitudinem effectus eorum cum effectu baptismi fluminis interiori. Sicut enim interior effectus principalis baptismi fluminis est iustificacio et mundacio a peccato, sic eciam effectus martyry<sup>1246</sup> et penitencie est mundatio a peccatis. 4<sup>tus</sup>, baptismus est diluuium : dicitur enim 'baptismus' eo, quod significat aliquo modo nostrum baptismum in hoc, quod per nostrum baptismum salui fiunt homines quo ad salutem spiritualis vite, sicut tunc saluabantur octo anime in Archa quo ad vitam corporalem<sup>1247</sup>, ut patet Petri 3°. 5<sup>tus</sup> est transitus Maris Rubri qui dicitur baptismus eo, quod eciam significant vnum effectum baptismi nostri : sicut enim illi transeundo Mare Rubrum liberati sunt a seruitute egipciaca, sic per baptismum nostrum liberamur a seruitute demonum, ut innuit apostolus *Prima*<sup>1248</sup> *ad Corinthios* 10°. Sextus baptismus fuit abluciones et mundaciones corporum et uasorum que crebro fiebant in Lege Veteri, et significant nostrum baptismum propter vnum principalem effectum eius, qui est purgatio peccatorum que fit in nostro baptismo rite suscepto. Septimus, baptismus est baptismus Iohannis, qui ideo dicebatur baptismus quia fuit aliquo modo causa baptismi nostri veri sacramenti in quantum fuit disponens et aswe-

f. 60 vb

-faciens<sup>1249</sup> ad baptismum nostrum. Octauus est ille baptismus quo Christus baptizatus<sup>1250</sup> erat, qui non erat sacramentum, ut sepe dictum, ut dicitur tamen baptismus eo, quod dedit aliquo modo efficaciam nostro baptismo quia per hoc Christus dedicauit aquam in ydoneam<sup>1251</sup> materiam veri nostri baptismi. Nonus est baptismus spiritus, quo homini iustificato datur consumatio in bono, de quod dicitur Actuum primo: ET VOS AUTEM BAPTIZABIMINI<sup>1252</sup> SPIRITU SANCTO NON POST MULTOS HOS DIES. Hec nouem baptismata ponit Damascenus, sed Magister in littera praesenti solum tangit de illis

---

<sup>1245</sup> Sagwis ms.

<sup>1246</sup> Sic!

<sup>1247</sup> Corpale ms.

<sup>1248</sup> Primo ms.

<sup>1249</sup> Sic!

<sup>1250</sup> Baptisatus ms.

<sup>1251</sup> Sic!

<sup>1252</sup> BAPTISABIMINI ms.

duobus, scilicet sangwis<sup>1253</sup> et flaminis qui habent convenientiam cum vero baptismo in effectu eius principali. Et de illis etiam solum loquor hic : de primo enim, scilicet de sacramento baptismi, multa dicta sunt praeuius, et de alyis<sup>1254</sup> vero sex non est magna vis. Hys<sup>1255</sup> praemissis, sit conclusio prima : quicumque rite et non fecte suscipit baptismum fluminis, ille simul baptizatur<sup>1256</sup> baptismo flaminis aut eo praeuius baptizatus est. Probatur : quicumque rite baptizatur, ille suscipit sacramentum et rem sacramenti, scilicet gratiam et iustificacionem a peccato. Vel illa, scilicet gratia et iustificatio scilicet praeuius collata sunt ut in iustificatis in vtero aut in adultis in quibus praeuia contricio deleuit culpam, ut dictum fuit. Illud autem

f. 61 ra

est baptizari<sup>1257</sup> aut praeuius baptizatos<sup>1258</sup> fuisse baptismo sangwinis<sup>1259</sup>, ut patet ex notabili praemisso. 2<sup>a</sup> conclusio : quicumque baptizatur<sup>1260</sup> solo baptismo flaminis et non baptismo fluminis, ille non recipit sacramentum. Licet rem recipiat sacramenti, quod non sacramentum patet quia, ut praeuius dictum est, baptismus flaminis non est sacramentum nec imprimat caracterem, quod autem recipiat rem sacramenti, scilicet gratiam et iustificacionem, patet ex dictis cum baptismus flaminis fit ipsamet iustificatio. 3<sup>a</sup> conclusio : baptismus flaminis sine baptismo fluminis sufficit homini ad salutem, dum tamen homo habeat voluntatem accipiendi baptismum fluminis ante mortem et recipit nisi necessitate impediatur. Patet conclusio per rationes in oppositum questionis factas. Et dicit Bonaventura quod Deus nullum obligat per suum praeceptum ad impossibile, ut dicit beatus Hieronimus<sup>1261</sup>, et ergo si quis est iustificatus per penitentiam et vellet baptizari<sup>1262</sup> et non potest, quia praeuenitur morte aut est in turri clausus aut est inter infideles - vbi non potest habere baptizantem<sup>1263</sup> - tunc salvatur per baptismum flaminis nec obligatur ad baptismum fluminis quia non obligatur ad sibi impossibilem, et etiam quod quis non potest facere - si vellet facere - reputatur ei apud Deum pro facto, quia dicit Gloza<sup>1264</sup> super illud Prouerbi : ETENIM IN CORDE INIQUITATES, IN CORDE OPERAMINI, etcetera.

---

1253 Sagwis ms.  
 1254 Sic!  
 1255 Sic!  
 1256 Baptisatur ms.  
 1257 Baptisari ms.  
 1258 Baptisatos ms.  
 1259 Sagwinis ms.  
 1260 Baptisatur ms.  
 1261 Ieronimus ms.  
 1262 Baptisari ms.  
 1263 Baptisantem ms.  
 1264 Sic!

f. 61 rb

Quod non potes facere et vis, Deus factum reputet : igitur baptismus aque non est sic necessarius quando, si assuit<sup>1265</sup> voluntas et desiderium baptizandi<sup>1266</sup> et desit possibilitas<sup>1267</sup>, quando homo sine eo possit saluari. Et addit Bonaventura quod nullus sine baptismo fluminis potest saluari si possit et negligit baptizari<sup>1268</sup> ; et hoc est quod dicit Augustinus, quod potest quis saluari non percepto baptismi sacramento, sed non potest saluari eo contempto. Tunc autem contemnit cum baptizari<sup>1269</sup> potest, et locus et tempus se offert et nolit<sup>1270</sup> aut negligit baptizari<sup>1271</sup>. Tunc etiam priuatur baptismo fluminis quia a gracia praeuius habita cadit. Ad argumenta ante opposita<sup>1272</sup> ad prima<sup>1273</sup> duo responsum est per dicta immediate<sup>1274</sup>. Vtrumque enim intelligitur de eo qui facultatem habet et non impeditur necessitate, Cornelius autem locum et tempus habebat et Domini mandatum affirmatum eum qui poterat obligabat. Ad 3<sup>m</sup> dicitur quod, si paruulus haberet baptismum fluminis, etcetera, sine baptismo fluminis numquam dampnaretur si sic decederet, sed quod dampnatur, hoc est quia priuatus est baptismo fluminis et caret etiam baptismo fluminis et gracia Spiritus sancti. Aliter enim paruulus non potest de lege communi disponi ad gratiam nisi per baptismus aque nisi Deus faceret de priuilegio speciali sicut fecit de sanctificatis in vtero, adultus vero de lege communi potest

f. 61 va

per fidem et attricionem de peccatis suis ad gratiam disponi. 2<sup>m</sup> illud Ezechielis 18<sup>o</sup> : QUACUMQUE HORA PECCATOR INGEMUERIT VITA VIVET, etcetera. Vnde non est simile de adulto et de puero quia unicuique plus valet fides sua quam aliena, et ita adulto plus valet voluntas sua quam paruulo voluntas aliena. Nec dampnatur paruulus propter transgressionem mandati, sed propter culpam originalem que in eo manet non deleta. Ad vltimum satis patet ex dictis : dicitur enim baptismus fluminis necessitatis non quia sine eo non possit homo saluari, sed quia ad hoc sacramentum suscipiendum tenetur si potest. Et hoc neglecto voluntarie non potest saluari nisi in fine etiam de illa negligencia peniteret. Septimo queritur vtrum baptismus sangwinis<sup>1275</sup> suppleat vicem baptismi fluminis siue aque. Arguitur quod non, quia baptismus habet efficaciam ex opere operato, sic autem non baptismus sangwinis<sup>1276</sup>,

---

1265 Assit ms.  
1266 Baptisandi ms.  
1267 Possibilitas quando ms.  
1268 Baptisari ms.  
1269 Baptisari ms.  
1270 Nolt ms.  
1271 Baptisari ms.  
1272 Oppositum ms.  
1273 Primo ms.  
1274 Inmediate ms.  
1275 Sic!  
1276 Sagwinis ms.

sed solum ex opere operante, id est ex propria hominis dispositione. Vnde sine caritate non prodest, dicente apostolo *Prime Ad Corinthios* 13° : SI TRADIDERO CORPUS MEUM ITA UT ARDEAM, CARITATEM AUTEM NON HABEAM, NICHIL MICHİ PRODEST. Sed pueris nichil habet efficaciam ex opere operato, cum nullam propriam habeant dispositionem praeuiam eo, quod non habet vsum liberi arbitry<sup>1277</sup>.

f. 61 vb

Igitur saltem in pueris non supplet vicem baptismi fluminis. 2°, in baptismo sangwinis<sup>1278</sup> non est nisi pena et causa, sed pena aliquando non est tanta quod sufficiat tollere omnem penam cuius est debitor ille pro suis peccatis. Nec etiam deuocio quam quis habet ad causam passionis quam patitur pro Christo sufficit semper ad totam penam tollendam, igitur baptismo in b. non semper sufficit tollere totam penam pro peccatis illius debitam. Baptismus autem fluminis rite susceptus semper sufficit ad penam et culpam tollere, igitur baptismus sangwinis<sup>1279</sup> non in omnibus supplet<sup>1280</sup> vicem baptismi fluminis. 3°, multa sunt alia genera super rogacionum, sicut virginitas cui etiam debetur aureola et doctrina et voluntaria paupertas et alia huiusmodi. Et hec non suppleunt vicem baptismi tollendo, scilicet penam et culpam sicut baptismus fluminis tollit, igitur nec martirium isto modo supplet. In oppositum est beatus Augustinus qui loquens de sancto Cypriano martire dicit quod, si quod in eo purgandum erat passionis falce ablatum est, igitur baptismus sangwinis<sup>1281</sup> purgat uniuersaliter et ab omnibus et sic supplet vice baptismi. 2°, baptismus fluminis efficaciam habet a passione Christi cui nos conformat, sed simpliciter, ymo<sup>1282</sup> magis baptismo fluminis nos ei conformat. Idem patet per Magistrum in littera dicentem : “Qui fundunt sangwinem<sup>1283</sup> pro nomine

f. 62 ra

Ihesu, et si non sacramentum, rem tamen suscipiunt sacramenti ». Et hoc probat Magister auctoritate Augustini dicentis : « Quicumque non percepto regeneracionis lauacro pro confessione Christi moriuntur, tamen eis valet ad dimittenda peccata quantum si abluerentur sacro fonte baptismi”, ex quo consequenter infert Magistrum quod passio pro nomine Ihesu suscepta supplet vicem baptismi. Notandum quod, sicut in priori questione tactum fuit quod baptimus sangwinis<sup>1284</sup> dicitur omne

---

1277 Sic!  
1278 Sagwinis ms.  
1279 Sagwinis ms.  
1280 Suplet ms.  
1281 Sic!  
1282 Sic!  
1283 Sagwine ms.  
1284 Sagwinis ms.

martirium, siue in eo fundatur sangwis ut in vulneracione, siue fiat sine sangwinis<sup>1285</sup> effusione ut in igne, aut aqua, aut per suspensionem, aut alio modo martirium, aut proprie dicitur mors voluntarie pro Christo suscepta. Diceret aliquis : “Cum ergo multa sint genera martiriorum, quare martirium potius sit baptismus sangwinis<sup>1286</sup> quam ignis aut aque aut alterius elementi, cum in singulis aliqui sancti leguntur passi ? Respondet Bonauentura quod in martirio deponitur vita carnis, et illa vita est sangwine<sup>1287</sup> 2<sup>m</sup> quod dicitur sepe in lege Moysi. 2<sup>o</sup> respondet uel dicendum quod hoc dicitur, quia omne genus martyri<sup>1288</sup> ibi habet finem : nam ab omnibus alyis<sup>1289</sup> legimus sanctos aliquos liberatos, praeter quam a pena glady<sup>1290</sup> qua sangwis<sup>1291</sup> funditur, ut patet de beata Agnese<sup>1292</sup>, que cum incopiosum ignem iactata

f. 62 rb

fuisset et eam ignis diuina protectione non lederet nec tangeret gladius gutturi eius immersus<sup>1293</sup> est. Idem patet de beata Ratherma et pluribus sanctis, sed quaeritur quare hoc sit. Respondet Bonauentura quod hoc genus martyri<sup>1294</sup> est a mala voluntate hominis immediate<sup>1295</sup>, sed alia genera penarum sunt a creaturis operibus naturaliter. Et quia martir Deo obtemperat<sup>1296</sup> et obedit, congruum est ut ei ad manifestacionem diuinae bonitatis et in testimonium sue virtutis obtemperat<sup>1297</sup> cetera operancia per naturam, mala autem voluntas contra Deum nititur et Domino resistere vult ac iusto Dei iudicio sinitur male agere cum vult. Et ideo nec est congruum ut martirio<sup>1298</sup> subiciatur nec ut a malo prohibeatur, et ideo Deus martires huic pene subiacere disposuit ut nullus euadet : magis enim de hoc congruebat quam de alio, uel dicitur quod ideo quia Deus vnigenituum suum ab hac pena effusionis sangwinis<sup>1299</sup> non eripuit<sup>1300</sup>. Quid ergo mirum si alios ab ea eripit ne forte seruus videatur maior domino suo ? Hys<sup>1301</sup> sic praemissis, cum queritur vtrum, etcetera ? Respondet S<anctus> Thomas quod sangwis<sup>1302</sup>

---

1285 Sagwinis ms.  
 1286 Sagwinis ms.  
 1287 Sagwine ms.  
 1288 Sic!  
 1289 Sic!  
 1290 Sic!  
 1291 Sagwis ms.  
 1292 Agnete ms.  
 1293 Inmersus ms.  
 1294 Sic!  
 1295 Inmediate ms.  
 1296 Obtemperat ms.  
 1297 Obtemperat ms.  
 1298 Martiri ms.  
 1299 Sagwis ms.  
 1300 Erupuit ms.  
 1301 Sic!  
 1302 Sagwis ms.

non supplet baptismum fluminis quo ad sacramentalia, ut est impressio<sup>1303</sup> characteris. Istud enim imprimi<sup>1304</sup> baptismus aque sed non baptismus sangwinis<sup>1305</sup>, cum ipse non sit sacramentum.

f. 62 va

2<sup>o</sup> dicit quod baptismus sangwinis<sup>1306</sup> quo ad illud, quod est res tantum, supplet totaliter vicem baptismi fluminis quando saltem articulus necessitatis sacramentum baptismi excludit. Sicut enim in baptismo aque liberatur homo ab omni pena et culpa eterna et ab omni pena satisfactoria pro culpa et sic de alys<sup>1307</sup>, ut late prius fuit declaratum, ita, si homo vellet baptizari<sup>1308</sup> et non posset quia forte esset in carcere clausus aut inter infideles aut propter aliam causam et pateretur martirium, pro Christo voluntarie ipse baptizaretur<sup>1309</sup> baptismo sangwinis<sup>1310</sup>, qui eum liberaret ab omnibus peccatis, a debito dampnationis eterne et ab omnibus penis, etcetera. Illud satis patet per auctoritates<sup>1311</sup> et rationes in oppositum quaestionis adductas. Ad primum argumentum ante oppositum respondet S<anctus> Thomas quod baptismus sangwinis<sup>1312</sup> non habet hoc tantum ex opere operante neque quantum ad penam qua aliquis martirium explet, quam contigit non esse tantam quam alias sufficeret ad satisfaciendum pro tot et talibus peccatis quod et qualia talis habet neque eciam quantum ad deuocionem iuste voluntatis. Quia staret quod quis ex voluntate deuocioni et maiori caritate informata non posset sine martirio pro omni tanta pena debita pro peccatis suis facere et totaliter liberari. Quod ergo baptismus

f. 62 vb

sangwinis<sup>1313</sup> supplet sacramenti baptismatis vicem - et sic totaliter liberat a culpa et a pena - non habet ex magnitudine pene que est in martirio nec etiam in deuocione voluntatis iuste, sed habet hoc ex ymitatione<sup>1314</sup> passionis Christi cui non conformatur eo, quod pro Christo patitur et moritur, propter quod de martiribus scribitur Apocalipsis<sup>1315</sup> 5<sup>o</sup> : LAVERUNT STOLAS SUAS IN SANGWINE AGNI. Et ideo pueri, quamuis vsum liberi arbitrij non habeant, si occidentur pro Christo in suo

---

1303 Inpraessio ms.  
1304 Inprimit ms.  
1305 Sagwinis ms.  
1306 Sagwinis ms.  
1307 Sic!  
1308 Baptisari ms.  
1309 Baptisaretur ms.  
1310 Sagwinis ms.  
1311 Auctoritates ms.  
1312 Sagwinis ms.  
1313 Sic!  
1314 Sic!  
1315 Sic!

sangwine<sup>1316</sup> baptizati<sup>1317</sup>, id est per martirium, saluantur. Ad 2<sup>m</sup> dicit S<anctus> T<homas> quod, quamuis illa pena in se considerata non esset sufficiens ad liberandum ab omni pena peccati, ut dictum est, tamen relata ad causam passionis accipit efficaciam a passione Christi cui aliquis per talem penam conformatur. Et ex hoc potest ab omni absoluere pena. Ad 3<sup>m</sup> dicit S<anctus> T<homas> quod in alys<sup>1318</sup> superrogacionis et perfectionis operibus aut statibus et etiam in baptismo penitentiae non est ita expressa<sup>1319</sup> conformitas ad Christi passionem, sicut est in baptismo sangwinis<sup>1320</sup>. Et ideo non oportet quod in eis omnis pena dimittatur, sicut in baptismo sangwinis fit. Subdit S<anctus> T<homas> dicens : tamen invitis Patrum dicitur quod quidam Patrum vidit eandem gratiam descendentem super Eum qui habitum religionis

f. 63 ra

adsumpsit<sup>1321</sup> et super Eum qui baptizatur<sup>1322</sup>. Sed hoc non est, ut dicit S<anctus> Thomas, quia talis a satisfaccione absoluatur, sed est ideo quia eo ipso, quod eciam suam voluntatem in seruitutem redigit, propter Deum plenarie iam per se pro omni suo peccato satisfecit, quam scilicet voluntatem cariorem habet omnibus rebus mundi, de quibus tamen tantum posset dare quod elemosinis omnia peccata redimeret. Et 2<sup>a</sup> 2<sup>e</sup> quaestione<sup>1323</sup> centesima octuagesima nona dicit : rationabiliter dici potest quod per ingressum religionis homo consequatur remissionem omnium peccatorum. Si enim, aliquibus elemosinis factis, homo potest statim satisfacere pro peccatis suis, secundum illud Danihelis<sup>1324</sup> 4<sup>o</sup> : PECCATA TUA ELEMOSINIS REDIME, multo magis in satisfaccionem pro omnibus peccatis sufficit, quod aliquis totaliter se diuinis obsequys<sup>1325</sup> mancipet per religionis ingressum et professionem que excedit omne genus satisfactionis etiam punire. Dicitur publice - ut dicitur 33<sup>a</sup> questione 5<sup>ta</sup><sup>1326</sup> capitulo ‘admonere’<sup>1327</sup> - sicut et holocaustum excedit sacrificium, ut dicit Gregorius super Ezechielem. Et super praedicto canone Stephani propriae dicentis professionem religionis ab Ecclesia approbate excedere satisfaccionem que fit per publicam penitentiam. Dicit Glozator<sup>1328</sup> quod ingressus religionis per pro-

---

1316 Sagwine ms.  
 1317 Baptisati ms.  
 1318 Sic!  
 1319 Expraessa ms.  
 1320 Sagwinis ms.  
 1321 Assumpsit ms.  
 1322 Baptisatur ms.  
 1323 Quaestione emend. ms.  
 1324 Danielis ms.  
 1325 Sic!  
 1326 5<sup>ta</sup> ms.  
 1327 Amonere ms.  
 1328 Sic!

f. 63 rb

-fessionem soluit omnem penam, et beatus Benedictus in *De dispensacione et praecepto* dicit professionem esse 2<sup>m</sup> baptisma. Et ideo - ut praeuius allegatum fuit in vitis Patrum - legitur quod eandem gratiam consecuntur religionem incidentes quam consecuntur baptizati<sup>1329</sup>, saltem quo ad dimissionem omnis pene pro peccatis. Audiui autem praeuius quod adulti nouiter conuersi, cum volunt baptizari, dicunt prius atteri de peccatis suis saltem mortalibus et habere propositum emendandi vitam suam. Et tunc baptismum digne suscipiunt et cum multo spirituali profectu, ut dixi superius. Sic volens profiteri religionem approbatam debet praeuius conteri de peccatis prioribus et integre confiteri, ut per contricionem et per confessionem eius peccata dimittantur quo ad culpam peccata. Namque sunt causa penarum pro eis debitarum et manente causa manet effectus ; manentibus igitur peccatis manet homo eciam debitor penarum. Sed cum dimissa sunt peccata et homo profitetur religionem omnis pena satisfactoria pro peccatis quam in Purgatorio oporteret grauissime soluere, aut oporteret hominem hic satisfacere, per multa opera bona et penalia sibi dimittuntur propter hoc, quod tunc plene pro suis peccatis satisfacit in hoc. Et per hoc, quod homo seipsum totum

f. 63 va

et omne quod habet aut habere potest offert Deo non solum ad primum<sup>1330</sup> tempus, sed per totam uitam habet. Namque homo triplex bonum 2<sup>m</sup> Phisicam Primo *Ethicornum* : prima sunt temporalia et ipse exteriores res quas ipse homo per votum voluntarie paupertatis totaliter Deo offert et in perpetuum. Quia tunc non solum que actualiter possidet, sed eciam que vmquam possidere posset, ymo<sup>1331</sup> totum mundum sic ex affectu dimittit, quod nec ea habet nec habere vellet si eciam habere posset. 2<sup>m</sup> bonum hominis est bonum sui corporis, quod homo in professione offert Domino praecipue per votum continencie quo abrenuncciat corporalibus delectacionibus, etiam maximis. Vouet enim continere a delicys<sup>1332</sup> et a corporalibus<sup>1333</sup> delectationibus non solum illicitis - sicut omnes Christiani tenentur - sed etiam a multis alias licitis vouet abstinere secundum regulam et statuta religionis quam profitetur. 3<sup>m</sup> bonum hominis est bonum anime, quod homo eciam totaliter Deo offert per votum obediencie quo Deo offert propriam voluntatem per quam homo vtitur omnibus potencys<sup>1334</sup> et habitibus animae. Cum ergo homo per largicionem vnus partis bonorum suorum in elemosinis propter Deum et per aliqua alia opera ad bona penalia quibus sibi subtrahit aliquod delec-

---

<sup>1329</sup> Baptisati ms.

<sup>1330</sup> Peruum ms.

<sup>1331</sup> Sic!

<sup>1332</sup> Sic!

<sup>1333</sup> Corpalibus ms.

<sup>1334</sup> Sic!

f. 63 vb

-tacionibus propter Deum possit se liberare a penis et totaliter satisfacere pro peccatis suis - quanto magis se totaliter liberat cum totum simul dat et a se alienat actualiter et ex affectu dimittit et possessa et que possidere posset - et eciam delectacione alias licitas et insuper voluntatem que omnes alias potencias animae mouet - subdit propter Deum voluntati praelati sui ut in omnibus posset plenius et liberius sequitur Christum Dominum. Octauo queritur vtrum baptismus sangwinis<sup>1335</sup> sit pocior baptismo fluminis. Arguitur quod non, quia baptismus sangwinis<sup>1336</sup> efficaciam habet solum ex opere operanti istius qui patitur, baptismus aque habet efficaciam ex passione Christi, cum ergo passio Christi sit incomparabiliter efficacior quam opus operans, cuiuscumque puri hominis erit baptismus fluminis, ut videtur multo efficacior baptismo sangwinis<sup>1337</sup>. 2<sup>o</sup>, baptismus fluminis siue aque tribuit gratiam per quam acquiritur aurea, sed per baptismum sangwinis<sup>1338</sup> acquiritur aureola que est accidentale praemium multo minus quam aurea. Igitur baptismus aque qui ordinatus est ad auream - que est praemium substancialia - potior est baptismo sangwinis<sup>1339</sup> qui ordinatur ad aureolam obtinendam.

f. 64 ra

In oppositum arguitur per illud Iudicium 6<sup>o</sup> : TOLLE TAURUM<sup>1340</sup> PATRIS TUI SEPTEM ANNORUM, super quo dicit Gloza : Baptismus in sangwine<sup>1341</sup> puriores facit quam baptismus in aqua. Item Damascenus dicit quod baptismus sangwinis<sup>1342</sup> est valde bonus et venerandus, quia secundis sordibus non inquinatur. Respondet S<anctus> T<homas> quod vterque baptismus, scilicet sangwinis<sup>1343</sup> et fluminis, efficaciam habet a passione Christi : 2<sup>m</sup> quod hominem ipsi passioni conformat, et quia baptismus aque conformat hominem Christi passioni solum sacramentali significacione. Baptismus autem sangwinis<sup>1344</sup> conformat realiter, ideo quantum ad sacramentalia - ut est impraessio<sup>1345</sup> caracteris - excedit baptismus aque, sed quantum ad ea que sunt vltima res sacramenti, ut quo ad gratiam conferendam et quo ad dimissionem penarum excedit baptismus sangwinis<sup>1346</sup>. Quia gratia

---

1335 Sic!  
1336 Sagwinis ms.  
1337 Sagwinis ms.  
1338 Sagwinis ms.  
1339 Sagwinis ms.  
1340 THAURUM ms.  
1341 Sagwine ms.  
1342 Sagwinis ms.  
1343 Sagwinis ms.  
1344 Sagwinis ms.  
1345 Inpraessio ms.  
1346 Sagwinis ms.

in baptismo sangwinis<sup>1347</sup> magis augetur habenti eam et maior datur non habenti si non assuit<sup>1348</sup>, impedimentum et remissio peccatorum quamuis non sit plenior, quia vterque baptismus omnem culpam et penam tollit et tamen in baptismo sangwinis<sup>1349</sup> efficacior et fructuosior, quia secundis maculis non coinquinatur, ut allegatum fuit a Damasceno. Qui autem quidem dicunt quod in bap-

f. 64 rb

-tismo sangwinis<sup>1350</sup> gratia non confertur apparet falsum : in puris qui pro Christo occiduntur et etiam in adultis quibus potest in ipso actu passionis gratia dari sicut et in ipso baptismo aque, si se ad ipsam disposerint et obicem non posuerint Spiritui sancto. Et hoc patet ad Augustinum, qui ad Fortunatum loquens de comparacione horum baptismatum dicit : « Baptizatus<sup>1351</sup> confitetur fidem suam coram sacerdote, martir coram persecutore. Ille post conuersionem aspergitur aqua, hic sangwine. Ille per impositionem manus pontificis recipit Spiritum sanctum”. Hic templum efficitur Spiritus sancti, nullus autem efficitur templum Spiritus sancti nisi accipiendo gratiam. Item Scotus quaestione prima de penitentia dat casum in quo posset peccatum mortale dimitti in martirio sine contricione praeuia, ut si quis vsque ad instans a perduraret in mortali peccato et ab instanti a necessitaretur ad insistendum toto corde circa actus distrahentes a consideratione de peccato commisso utpote, quia stante exponeret - si necessario - altissimo martirio, tunc putat quod dimitteretur sibi illud mortale per martirium. Et hoc numquam fit sine gratia. Ad primum argumentum<sup>1352</sup> respondet S<anctus> T<homas> quod etiam baptismus sangwinis<sup>1353</sup> efficaciam habet a passione cui expressius<sup>1354</sup> hominem conformat, per quam baptismus aque.

f. 64 va

Primum scilicet quod baptismus sangwinis<sup>1355</sup> etiam habuit efficaciam a passione Christi. Patet quod nullum martirium efficax est nisi per passionem Christi, vnde Apocalipsis 5<sup>o</sup> dicitur de martiribus : HY<sup>1356</sup> SUNT QUI VENERUNT EX MAGNA TRIBULACIONE ET LAVERUNT STOLAS SUAS ET DEALBAVERUNT EAS IN SANGWINE<sup>1357</sup> AGNI. Non tantum in sangwine<sup>1358</sup> suo proprio, sed eciam in

---

1347 Sagwinis ms.

1348 Assit ms.

1349 Sagwinis ms.

1350 Sagwinis ms.

1351 Baptisatus ms.

1352 Argomentum ms.

1353 Sagwinis ms.

1354 Expraessius ms.

1355 Sagwinis ms.

1356 Sic!

1357 Sagwine ms.

1358 Sagwine ms.

sangwine<sup>1359</sup> agni, id est Christi Domini, 2<sup>m</sup> scilicet quod expressius<sup>1360</sup> baptismus sangwinis<sup>1361</sup> conformat hominem Christi passioni quam baptismus aque seu fluminis. Patet, secundum Bonaventuram, quoniam in baptismo sangwinis<sup>1362</sup> amplior et plenior esset imitacio<sup>1363</sup> et professio passionis Christi quam in baptismo aque. Namque ibi, scilicet in baptismo aque, est professio verbo et signo sine actu, hic autem, scilicet in baptismo sangwinis<sup>1364</sup> amplior et plenior est ymitacio<sup>1365</sup> et professio passionis Christi et mortis quam in baptismo aque. Nam ibi, scilicet in baptismo aque, est professio verbo et signo sine actu, hic autem, scilicet in baptismo sangwinis<sup>1366</sup>, est<sup>1367</sup> professio passionis Christi et mortis eius non solum signo et actione, sed etiam passione, unde in baptismo aque mors Christi solum significatur. Hic autem suscipitur expressior<sup>1368</sup> est ita quam ibi fidei professio ; igitur efficacior est ille baptismus. Ad 2<sup>m</sup> dicitur quod baptismum sangwinis<sup>1369</sup> homo non solum aureolam meretur, sed etiam auream per gratiam tunc sibi collatam aut auctam ; quid autem utrumque sit, scilicet aurea et aureola, patebit proprie finem libri, etcetera.

f. 64 vb

Nono queritur utrum prius iustificati teneantur adhuc ad suscepcionem baptismi. Arguitur quod non, quia baptizatus<sup>1370</sup> baptismo sangwinis<sup>1371</sup> non tenetur ad baptismum fluminis, igitur nec baptizatus<sup>1372</sup> baptismo flumini. Antecedens patet quia talis statim euolat. 2<sup>o</sup>, nullus tenetur sacramentum recipere frustra in operibus : enim<sup>1373</sup> Dei nichil frustra est, sed baptismus receptus a iustificato praeuius frustra acciperetur, quia non haberet effectum qui est ablucio a peccato cum talis praeuius esset ablutus. Item nullus tenetur iniuriari sacramento, sed hoc fieret si iustificatus baptizaretur : iniuria enim est sacramentum facere quantum est in se, quod sit signum falsum, sed hoc faceret talis suscipiens, quia sacramentum careret tunc signato eo, quod non daret gratiam. 4<sup>to</sup>, sanctificatus in materno utero non tenetur ad suscepcionem baptismi, ergo nec aliter iustificatus pari ratione. Antecedens probatur quia

---

1359 Sagwine ms.  
1360 Expressius ms.  
1361 Sagwinis ms.  
1362 Sagwinis ms.  
1363 Ymittacio ms.  
1364 Sagwinis ms.  
1365 Ymittacio ms.  
1366 Sic!  
1367 Et ms.  
1368 Expressior ms.  
1369 Sagwinis ms.  
1370 Baptisatus ms.  
1371 Sagwinis ms.  
1372 Baptisatus ms.  
1373 Em ms.

qui baptizatus<sup>1374</sup> est et item baptizatus<sup>1375</sup> facit contumeliam sacramento, quia primum remedium reputat insufficiens. Ideo pari ratione si sanctificatus in vtero, postea baptizaretur<sup>1376</sup>, faceret in nostram sanctificationem. In oppositum est Iohannis 3<sup>o</sup>: NISI QUIS RENATUS FUERIT, etcetera. 2<sup>o</sup>, baptismus circumcisioni succedit, sed Iohannes baptista sanctificatus in vtero: legitur 8<sup>uo</sup> DIE CIRCUMCISUS Luce primo.

f. 65 ra

Igitur et sanctificatus in vtero esset baptizandus<sup>1377</sup>. 3<sup>o</sup>, sanctificatio in vtero est baptismus flaminis, sed adulti baptizati<sup>1378</sup> per contricionem baptismo flaminis sunt baptizandi<sup>1379</sup> baptismo fluminis, igitur pari ratione sanctificati in vtero. Respondet Scotus quod post baptismum promulgatum pro<sup>1380</sup> modo praecepti quilibet qualitercumque iustificatus qui non impleuit illud praeceptum et cum quo Deus super hoc non dispensauit specialiter, scilicet ut ad hoc non tenetur, tenetur ad baptismum effectu et pro loco et tempore<sup>1381</sup> in effectu si maneat vobiscum. Viator quousque potest comode recipere in effectum probat primo sic, quia lex uniuersaliter promulgata sic, quod in eius promulgacione nulla persona est excepta illa obligat omnes, tale autem fuit praeceptum de baptismo igitur, etcetera. Et hoc fuit racionabiliter sic factum, quia congruum fuit omnes de lege christiana habere vnum signum in quo convenirent inter se et distingwentur<sup>1382</sup> ab alys<sup>1383</sup> et maxime illud signum per quod ingrederentur obseruantiam illius legis : per eius enim susceptionem adscribuntur<sup>1384</sup> illi legi et erunt de familia Christi. 2<sup>a</sup> ratio : quilibet viator tenetur esse membrum Ecclesiae militantis et non solum in praesencia diuina, sed etiam quantum ad noticiam aliorum

f. 65 rb

membrorum quantum in se est, quia tenetur cum alys<sup>1385</sup> membris communicare in hys<sup>1386</sup> que pertinent ad obseruantiam legis et eos non scandalizare. Si autem non acciperet sacramentum per quod fit membrum Ecclesiae, 2<sup>m</sup> iudicium Ecclesiae non esset aptus ad communionem cum alys<sup>1387</sup>

---

1374 Baptisatus ms.  
1375 Baptisatus ms.  
1376 Baptisaretur ms.  
1377 Baptizandus ms.  
1378 Baptisati ms.  
1379 Baptisandi ms.  
1380 Per ms.  
1381 Tempore emend. ms.  
1382 Distigwentur ms.  
1383 Sic!  
1384 Ascribuntur ms.  
1385 Sic!  
1386 Sic!  
1387 Sic!

membris in multis actibus pertinentibus ad Ecclesiam : scandalizaret etiam actiue alia membra que habuerunt occasionem iudicandi eum contempnere communitatem uel gratiam, igitur, etcetera. 3<sup>a</sup> ratio quia qui potest ex actu facili magnam gratiam acquirere si negligit illum actum videtur gratiam contempnere uel saltem eam non ita adpreciari<sup>1388</sup> quantum est adpreciabilis<sup>1389</sup>, sed ille qui non est baptizatus<sup>1390</sup> qualitercumque aliter sit iustificatus per actum facilem, scilicet per suscepcionem baptismi, potest acquirere magnam gratiam, quia quantumcumque perfectio de lege communi accedenti ad baptismum augetur gracia si non ponit obicem. Et si negligat videtur contempnere gratiam et dat alys<sup>1391</sup> occasionem sic iudicandi. Beatus etiam Thomas assignat tres causas propter quas primus iustificatus aut etiam in vtero sanctificatus debeat baptizari<sup>1392</sup>. Prima est ut accipiat characterem baptismalem quo annumeretur<sup>1393</sup> populo Dei, et quasi deputetur ad percipienda diuina sacramenta. 2<sup>a</sup> ut per baptismi

f. 65 va

percepcionem passioni Christi etiam corporaliter conformetur. 3<sup>a</sup> propter bonum obediencie, quia praeceptum de baptismo omnibus datum est et ab omnibus impleri debet nisi articulus necessitatis excludat. Ad primum argumentum ante oppositum dicit Scotus quod baptizatus<sup>1394</sup> baptismo sangwinis<sup>1395</sup> - si postea est nobiscum viator - tenetur affectu et pro loco et tempore effectum recipere baptismi sacramentum. Hoc autem quod hic supponitur, scilicet quod baptizatus<sup>1396</sup> baptismo<sup>1397</sup> sangwinis<sup>1398</sup> maneat nobiscum viator, dicit Scotus fore possibile : legitur enim de quibusdam, ut dicit, quod sunt bis facti martires, quia sustinuerunt bis penas pro fide per quas tamen non sunt mortui. Vel si quis, suscepto pro fide letali vvlnere, non statim moreretur, sed ad tempus viueret, ut de beata Lucia legitur. Subdit Scotus : si autem baptismus sangwinis<sup>1399</sup> sit completus quia sic baptizatus, statim moritur et non manet nobiscum viator, tunc non est obligatus ad praeceptum viatorum, sacramentum autem non habet locum nisi pro statu vie. Ad 2<sup>m</sup> respondet iterum Scotus quod talis non frustra reciperet baptismum, quia si prius habet gratiam illam<sup>1400</sup>, scilicet in baptismo, augetur nisi pervenerit

---

1388 Apraeciari ms.  
 1389 Apraeciabilis ms.  
 1390 Baptisatus ms.  
 1391 Sic!  
 1392 Baptisari ms.  
 1393 Anumeretur ms.  
 1394 Baptisatus ms.  
 1395 Sagwinis ms.  
 1396 Baptisatus ms.  
 1397 Baptizmo ms.  
 1398 Sagwinis ms.  
 1399 Sagwinis ms.  
 1400 Illa ms.

ad terminum, ut scilicet iam consecutus sit illum gradum gratiae ad quem praeordinatus est. Et si praeuius pervenit ad suum terminum

f. 65 vb

gratiae, tunc tamen sibi additur meritum obediendo praecepto diuino, nec est frustra post plenitudinem gratiae si quis eam haberet addere opera meritoria. Ad 3<sup>m</sup> dicitur quod ille non iniuriatur sacramento nec facit quod sit falsum signum, quia uel ibi confertur gracia aliqua - et tunc est signum practicum verum - uel vlla confertur, si forte iam ibi fuit gracia perfecta. Et tunc adhuc est signum verum practicum non respectu eius quod est gratia in fieri, scilicet respectu eius quod est eam inesse. Si autem obicitur quod saltem non habet secum signatum, scilicet ablucionem anime a peccato, dico quod illa ablucio significatur uel tunc inferi, uel tamquam tunc in fiat, uel tamquam in fiendam quantum est ex parte sacramenti. Si scilicet aliquid inesset a quo anima esset abluenda dicitur eciam quod talis primus iustificatus baptizatur ut recipiat characterem quem baptismus fluminis imprimit et<sup>1401</sup> nullus alius baptismus. Ad vltimum dicitur : necessitando assumptum, sunt assignate cause propter quas tenetur adhuc ad baptismum et est hic patefactum de sanctificatis in vtero et patebit. Notandum quod dicit S<anctus> T<homas> distinctione 6<sup>ta</sup> quod, sicut Deus virtutem suam non obligat rebus naturalibus quando possit, potest eas operari cum voluerit, sed eciam sacramentis non obligauit virtutem suam, sic quando possit sine sacramentorum ministris

f. 66 ra

aliquem sanctificaret<sup>1402</sup>.

Et ideo legitur aliquos praeter legem communem in maternis vteris sanctificasse, id est eos mundasse a peccato originali et eis contulisse gratiam eciam maiorem quam de communi lege conferat per baptismi sacramentum. Et praecipue sanctificauit in vtero illos qui immediacius<sup>1403</sup> ordinabantur ad eius sanctissimam contempcionem : matrem enim eius in vtero fuisse sanctificatam multis sanctorum testimonijs obprobatur<sup>1404</sup>, etiam Iohannes baptista, qui ei in vtero existenti testimonium peribuit, legitur sanctificatus in vtero Luce I<sup>o</sup>, vbi de eo dicitur : ET REPLEBITUR SPIRITU SANCTO ADHUC EX VTERO MATRIS SUE. Hieremias<sup>1405</sup> etiam, qui eciam conceptionem vaticinio expresso<sup>1406</sup> praedixit :

---

<sup>1401</sup> Et add. ms.

<sup>1402</sup> Sanctificare ms.

<sup>1403</sup> Inmediacius ms.

<sup>1404</sup> Oprobatur ms.

<sup>1405</sup> Ieremias ms.

<sup>1406</sup> Expraesso ms.

NOVUM<sup>1407</sup> inquit<sup>1408</sup> FACIET DOMINUS SUPER TERRAM, MULTIPLICITER CIRCUMDABIT VIRUM (Hieremie<sup>1409</sup> 31°). Ille enim idem Hieremias<sup>1410</sup> legitur eciam : SANCTIFICATUS IN VTERO, ut expresse<sup>1411</sup> habetur Hieremie<sup>1412</sup> primo capitulo. Et dicunt doctores communiter in 3° distinctione 3<sup>a</sup> : illa sanctificacio in vtero non fuit equalis in hys<sup>1413</sup> tribus, sed habuit gradus secundum gradum propinquitatis ad Christum. Mater enim Domini propinquissime fecit ad Christi contempionem et ideo amplius fuit sanctificata et tanta gracia fuit ei in vtero matris collata ut per eam fuit fomes sopitus aut sic debilitatus, uel eciam totaliter extinctus

f. 66 rb

quod per totam vitam suam numquam commisit peccatum paruuum aut magnum, mortale aut veniale, nec vmquam eciam fuit inclinata ad aliquod peccatum. In alys<sup>1414</sup> autem potuit fomes inclinare ad veniale non autem ad mortale, et sicut Iohannes baptista propinquius fecit ad Christi conceptionem eo, quod eam quadam exultatione in matris vtero ostendit, propter quod dicitur Luce primo : DIXIT ELISABETH<sup>1415</sup> : EXULTAVIT INFANS IN VTERO MEO. Sic eciam ei amplior fuit data sanctificacio et gratia<sup>1416</sup>, scilicet per quam fuit praeseruatus, quia in tota vita sua numquam peccauit mortaliter et cum hoc raro venialiter. Hieremie<sup>1417</sup>, qui longe praedixit Christi conceptionem, data fuit sanctificatio et tanta gracia in vtero quod non potuit peccare mortaliter, licet sepius venialiter peccauit. Hy<sup>1418</sup> ergo tres electi erant diuinitus ut graciae speciales praecones et ministri, et ideo tali priuilegiata sanctificatione dotati sunt. Circa litteram dubitatur et primo circa hoc quod dicit Magister in littera, quod non solum passio vim baptismi implet, sed eciam contricio. Est notandum quod contricio quo ad hoc supplet vim baptismi fluminis - quod tollit peccatum originale - sicut baptismus et similiter omne peccatum mortale confert enim gracia cum qua nullum illorum potest stare. Sed contritio non totaliter et semper

f. 66 va

---

1407 NONUM ms.  
1408 Inquid ms.  
1409 Ieremie ms.  
1410 Ieremias ms.  
1411 Expressse ms.  
1412 Ieremie ms.  
1413 Sic!  
1414 Sic!  
1415 ELIZABETH ms.  
1416 Et gratia it. ms.  
1417 Ieremie ms.  
1418 Sic!

supplet vicem baptismi, quia baptismus rite susceptus tollit omnem culpam et penam. Sed contritio non semper tollit omnem culpam quia non omne<sup>1419</sup> veniale eo, quod talia possunt stare cum gratia, nec tollit semper penam pro peccatis debitam. Item dicit Magister, neque enim latro ille pro Christi nomine crucifixus est, sed pro meritis facinorum suorum. Ex hoc sequeretur quod latro non fuerit martyr quia martirem non facit pena, sed causa, ut scilicet ut pro Christi nomine pro iusticia aut veritate paciatur consequens. Est contra Hieronimum<sup>1420</sup> dicentem : “Christus de cruce latronem vocavit ad Paradisum<sup>1421</sup>”, et ne quis putaret aliquando seram esse conversionem homicidii<sup>1422</sup> penam fecit esse martirem. Respondetur quod ad perfectum martirium et completum tria concurrunt, scilicet pena mortis, iusta voluntas, scilicet paciendi voluntarie huiusmodi penam et iusta causa, ut scilicet pro Christo paciatur pro fide et veritate aut pro iusticia. Et sic Stephanus, Laurencius et Cyprianus<sup>1423</sup> fuerunt veri martires eo, quod illa tria in eis concurrebant, scilicet pena mortis, et iusta voluntas sufferendi eam, et iusta causa, quia voluntarie paciebantur pro Christo et veritate fidei. 2<sup>m</sup> autem deficit in innocentibus<sup>1424</sup> qui scilicet non habebant voluntatem paciendi quia nondum utebantur ratione. Et 3<sup>m</sup> deficit in latrone, qui non pro Christi nomine pa-

f. 66 vb

-ciebatur, sed pro demeritis suis propter quod in innocentibus<sup>1425</sup> et in latrone sancto non fuit completum martirium, sed ut dicit Bonaventura dicens : « Dominus in innocentibus<sup>1426</sup>, quia simul cum ipso nati », et propter hoc, quod erat illis suppleuit quod deerat ex parte voluntatis. Et sic etiam in latrone qui cum eo paciente paciebatur suppleuit quod deerat ex parte cause, vnde optime dicit Hieronimus<sup>1427</sup>, scilicet quod Dominus fecit esse martirium, quasi diceret, Dominus de suo suppleuit quia quod de se non fuit completum martirium, ipse fecit martirium. Item circa hoc quod dicit Ambrosius de Valentiniano : « Quem regnaturus eram amisi », ex hoc videtur quod Ambrosius peccauerit eo, quod eum perdidit. Item Ambrosius dolebat ut ipsemet<sup>1428</sup> dicit, uel ergo dolebat propter peccatum illius. Et hoc non quia ipse dicit quod ille non amisit gratiam quam poposcit, ergo propter suum proprium peccatum videtur doluisse. Respondetur quod erat consuetudo<sup>1429</sup> Ecclesiae

---

1419 Omne emend. ms.

1420 Ieronimum ms.

1421 Paradisum ms.

1422 Sic!

1423 Cys ms.

1424 Innocentibus ms.

1425 Innocentibus ms.

1426 Innocentibus ms.

1427 Hieronimus ms.

1428 Met ms.

1429 Sic!

differre baptismum vsque ad solemne tempus et vsque ad perfectam ipsius baptizandi<sup>1430</sup> instructionem nisi immineret<sup>1431</sup> periculum mortis. Sed quia Ambrosius non immineret periculum mortis, ideo differendo non peccauit nec ipse dampnatus fuit, quia petyt<sup>1432</sup> baptismum. Et ergo, cum fuerit in eo voluntas et desiderium baptismi non fuit ibi contentus. Non ergo dolebat beatus Ambrosius de culpa

f. 67 ra

sua uel die illius dampnatione, sed dolebat dolere compassionis<sup>1433</sup>, ut dicit Bonauentura, scilicet quia, si fuisset talis baptizatus<sup>1434</sup>, tunc statim mortuus euolasset ad celum eo, quod baptismus omnem penam abstulisset. Sed cum non fuit baptizatus, oportuit eum aliquam penam pati in Purgatorio. Item dubitatur de hoc quod dicit Augustinus, quod paruuli si ante baptismum fuerint defuncti, etiam cum ad baptismum deferuntur dampnantur. Ponatur enim casus quod aliquis occidat puerum cum defertur ad baptismum, ne baptizetur<sup>1435</sup>. Nunc quid dicemus paruulum huiusmodi dampnari, qui propter suscepionem baptismi mortuus est? Videretur enim quod hoc esset magna crudelitas. Si autem diceremus eum saluari, quomodo tunc est verum dictum? Augustinus<sup>1436</sup> in littera vult quod non saluantur etiam si ad baptismum deferantur. Respondetur quod nullus paruulus saluatur de lege communi nisi virtute sacramenti, non<sup>1437</sup> quia paruulus teneatur ad baptismum excepto, sed quia sine sacramento uel aliquo quod equiualeat sacramento Deus non disposuit dare gratiam. Dico autem nominanter uel quod conualeat, etcetera. Qui propter hoc solum occisus est a persecutore, cum portaretur ad baptismum, ne baptizetur<sup>1438</sup> moritur pro baptismo et ideo in sanguine<sup>1439</sup> suo pie creditur baptizatus<sup>1440</sup>. Si autem ex alia causa occiditur, quantumcumque deferretur ad baptismum

f. 67 rb

aut pro eo oretur, dampnatur. Huius rationem assignat idem doctor quia post passionem Christi formata est Ecclesia et ecclesiastica sacramenta et omnis paruulus qui saluatur in fide Ecclesiae saluatur quantumcumque parentes sint mali. Et ideo nisi opus ecclesiasticum vtputa sacramentale fiat circa eum expers fidei Ecclesiae et per hoc etiam expers salutis. Item queritur de hoc. Augustinus in

---

1430 Baptisandi ms.  
1431 Imneret ms.  
1432 Sic!  
1433 Conpassionis ms.  
1434 Baptisatus ms.  
1435 Baptisetur ms.  
1436 Augustini ms.  
1437 Non add. ms.  
1438 Baptisetur ms.  
1439 Sagwine ms.  
1440 Baptisatus ms.

littera dicit : paruulus non baptizatus<sup>1441</sup> eterno supplicio dampnandus. Hoc videtur falsum : paruuli enim nichil commiserunt mali nec ad aliquem actualiter conuersi sunt, sed pena ignis et supplicy<sup>1442</sup> debetur iniuste delectacioni et conuersioni indebite ad bonum commutabile. Respondetur quod Magister - in secundo distincione 33<sup>a</sup> - et magistri communiter dicunt quod paruuli qui sine baptismo decedunt non habent penam sensus nec quantum ad ignem, nec quantum ad vermem, sed solum penam dampni, scilicet propter eternam carentiam visionis diuinae. Et istam penam dampni vocat Augustinus ‘supplicium’, quamuis improprie<sup>1443</sup> ; hoc tamen in secundo distinctius videtur. Item dicit Augustinus in littera quod paruuli post baptismum mortui a consorcio fidelium non separantur<sup>1444</sup> cum Ecclesia orat pro fidelibus defunctis. Hoc non videtur verum quia frustra oraret Ecclesia pro eis cum non indigeant, ymo<sup>1445</sup> Ecclesia faceret in hoc iniuriam baptismo tamquam non plene purificet, sicut iniuriam

f. 67 va

facit martiri qui pro martire orat. Respondetur secundum S<anctum> T<homam> et Bonaventuram<sup>1446</sup> quod Ecclesia pro huius paruulis non ideo orat quia indigeant, sed ut ostendat quod sunt de eius gremio et eius filij<sup>1447</sup>, nec frustra orat quia huiusmodi orationes sunt pro paruulis graciaram actiones et pro indigentibus suffragia computatur, quia alys<sup>1448</sup> prosunt qui in Purgatorio sunt, et huiusmodi indigent suffragys<sup>1449</sup>, etcetera. Post hoc sciendum quod sacramentum baptismi postquam Magister egit<sup>1450</sup> de baptismo in se et de suscipiente hic agit de condicionibus ministri, et in hac quanta distincione ostendit a quibus dari possit baptismus, quia a bonis et a malis et quod eius efficacia non potest impediri per maliciam ministri. Circa hoc communiter primo vtrum mali possunt conferre sacramentum baptismi et eciam rem sacramenti<sup>1451</sup>. Arguitur quod non, quia dicit Ambrosius - et ponitur prima questione primo capitulo - : Non sanat<sup>1452</sup> baptismus perfidi, non mundat, sed polluit, quod probat auctoritate Psalmi : IN DILUVIO AQUARUM MULTARUM AD EUM NON APPROSSIMABUNT. Probat eciam per illud *Ad Romanos* 54<sup>o</sup> : OMNE QUOD NON EST EX FIDE

---

1441 Baptisatus ms  
 1442 Sic!  
 1443 Inproprie ms.  
 1444 Seperantur ms.  
 1445 Sic!  
 1446 Bonam venturam ms.  
 1447 Sic!  
 1448 Sic!  
 1449 Sic!  
 1450 Egit emend. ms  
 1451 Sacramento ms.  
 1452 Sana ms.

PECCATUM EST. 2°, prima quaestione capitulo primo dicitur - et est Augustinus *De baptismo* : - Separati formam habere

f. 67 vb

possunt, virtus in eis esse non potest quemadmodum sensus non sequitur membrum quando amputatur a corpore. 3°, membrum aridum<sup>1453</sup> non potest esse causa fluendi vitam in aliud membrum : minister malus est membrum aridum<sup>1454</sup> Ecclesiae, quia sine gratia quae est vita Ecclesiae. 4°, sicut ad baptismum requiritur materia et forma, ita minister, sed si sit materia indebita aut forma indebita, non erit. Baptismus ergo etiam, si erit minister indebitus, non erit baptismus, sed malus non est minister debitus, quia dicit Augustinus et ponitur in littera. Iustos oportet esse per quos baptizatur<sup>1455</sup> igitur mali sacramentum conferre non possunt et a fortiori nec rem sacramenti. 5° Ecclesiastici LX° dicitur AB IMMUNDO<sup>1456</sup> QUIS MUNDABITUR ? Igitur minister immundus<sup>1457</sup> per peccatum non potest mundare a peccato et percommunis nec baptismus conferre nec effectum eius. Sexto beatus Cyprianus asseruit hereticos et scismaticos non posse baptizare<sup>1458</sup>, ut dicit Augustinus in *De vnico baptismo*. Igitur ex auctoritate illius sancti doctoris et martiris aliquando mali - ut scilicet heretici et scismatici - non possunt baptizare<sup>1459</sup> nec effectum baptismi<sup>1460</sup> alicui eciam ministerialiter conferre. In oppositum et pro veritate questionis est Magister in littera, vbi per plures auctoritates Augustinus *Super Iohannem* omne. 5<sup>ta</sup> probat quod<sup>1461</sup>

f. 68 ra

mali possunt baptizare<sup>1462</sup> et effectum baptismi dare ministerialiter. Dicit enim inter cetera quod baptismus talis est qualis est ille in cuius potestate datur, scilicet Christus Dominus, et non qualis est minister a quo datur. Et item dicit : QUID FACIT TIBI MINISTER MALUS, vbi bonus est Dominus ? NEC QUI PLANTAT, NEQUE QUI RIGAT ALIQUID EST, SED QUI INCREMENTUM DAT EST DEUS. Si superbus fuerit minister cum dyabolo computatur, sed non condemnabitur<sup>1463</sup> donum Christi quod per illum

---

1453 Arridum ms.  
1454 Arridum ms.  
1455 Baptisatur ms.  
1456 INMUNDO ms.  
1457 Inmundus ms.  
1458 Baptisare ms.  
1459 Baptisare ms.  
1460 Bapmi ms.  
1461 Quod it. ms.  
1462 Baptisare ms.  
1463 Contamnabitur ms.

fluit : purum est, per lapideum<sup>1464</sup> canalem<sup>1465</sup> transit aqua ad aureolas, in canali<sup>1466</sup> lapideo nichil generatur, sed ortus fructus plurimos affert. Igitur simpliciter per malos ministros et sacramenti<sup>1467</sup> gratia transit ad digne suscipientes. Conclusio prima : quilibet minister baptismi, siue hereticus, siue scismaticus, siue paganus, siue alius<sup>1468</sup> in moribus malus potest vere baptizare<sup>1469</sup> et vere baptizat<sup>1470</sup>, si ad hoc necessario requisita obseruat probatur, quia ut dicit S<anctus> Thomas : - In sacramentis est aliquid quod est de substantia sacramenti et aliquid quod est de congruentia et solemnitate. Si ergo subtraheretur aliquid quod esset de substantia sacramenti non esset verum sacramentum ; si autem subtraheret aliquid quod esset de solemnitate solum aut

f. 68 rb

conuenientia, non propter hoc desineret esse sacramentum. Ad propositum ergo dico quod de necessitate sacramenti baptismi sunt persona baptizans<sup>1471</sup>, persona baptizata<sup>1472</sup>, tinctio in aqua elementari<sup>1473</sup>, verbum, id est prolacio debite forme et intencio faciendi, quod Ecclesia intendit facere cum suis et quia hereticus scismaticus et quantumcumque malus potest omnia illa obseruare. Igitur potest baptizare<sup>1474</sup>, et vere baptizat<sup>1475</sup> si attemptat et iam dicta obseruat, bonitas vero ministri solum est de conuenientia baptismi sicut et multa alia que circa baptismum obseruantur. Ea subtracta, adhuc manet verum sacramentum baptismi, et a tali baptizatus<sup>1476</sup> non esset rebaptizandus<sup>1477</sup> si obseruabit omnia que pertinent ad substantiam sacramenti. 2<sup>a</sup> conclusio : quantumcumque minister baptismi sit malus, scilicet sine malicia heresis, sive scismatis, sive infidelitatis, siue etiam morum si in baptizando<sup>1478</sup> obseruat modum Ecclesiae, ipse baptizatus<sup>1479</sup> consequitur effectum baptismi seu rem baptismi, nisi propria sibi obsistat indisposicio. Patet, quia dicit in littera : cum baptizat<sup>1480</sup> malus

---

1464 Lapidem ms.  
 1465 Carnalem ms.  
 1466 Cannali ms.  
 1467 Sacramenti et ms.  
 1468 Alias ms.  
 1469 Baptizare ms.  
 1470 Baptisat ms.  
 1471 Baptisans ms.  
 1472 Baptisata ms.  
 1473 Elementalī ms.  
 1474 Baptizare ms.  
 1475 Baptisat ms.  
 1476 Baptisatus ms.  
 1477 Rebaptisandus ms.  
 1478 Baptisando ms.  
 1479 Baptisatus ms.  
 1480 Baptisat ms.

illud quod datum est, vnum est nec impar propter impares ministros, sed cum bona baptizant<sup>1481</sup>, tunc confertur sacramentum et res sacramenti. Igitur etiam conferuntur illa cum baptizat.

f. 68 va

Malus minister est enim solum causa instrumentalis siue etiam ministerialis baptismi solum exterius lauans et uerbum proferens, etcetera. Sed principale agens in baptizando<sup>1482</sup> est Deus qui interius anime infundit gratiam et mundat eam a peccatis et a quocumque ministro fiant exterius requisita. 3<sup>a</sup> conclusio : baptismus datus per meliorem ministrum non est melior quam baptismus datus per ministrum malum aut minus bonum, saltem quantum est ex ui sacramenti et precise<sup>1483</sup> et opere operato. Patet quia dicitur : in littera non est melior baptismus qui datur per ministrum meliorem, sed per ministros dispares Dei minus est equale. Et dixi nominanter quantum est ex ui sacramenti quia posset aliquando ex merito baptizantis<sup>1484</sup> Christi baptizato<sup>1485</sup> plus conferri de gratia, ut dixi in priori distincione in ista questione : vtrum omnes baptizati non ficti recipiant equaliter effectum baptismi. Omnes ille tres conclusiones patent ex multis auctoritatibus Augustini quas ponit Magister et, ut dicit Scotus, illius non potest reddi ratio nisi uoluntas Christi donum cui ita placuit instituere, ut malicia ministri quaecumque nullo modo impediret effectum baptismi. Quod autem instituerit Christus, colligit Augustinus ex illo

f. 68 vb

vero dicto ad Iohannem baptistam : SUPER QUEM VIDERIS SPIRITUM DISCENDENTEM ET MANENTEM SUPER EUM, HIC EST QUI BAPTIZATUR<sup>1486</sup>. Et scribitur Iohannis primo : ibi enim scribitur quod Iohannes baptista<sup>1487</sup> de Christo non dixit : QUI ME MISIT BAPTIZARE IN AQUA, ILLE MICH I DIXIT : SUPER QUEM VIDERIS SPIRITUM DISCENDENTEM ET MANENTEM SUPER EUM, HIC EST QUI BAPTIZAT<sup>1488</sup> IN SPIRITU SANCTO. Et ita Spiritus sanctus super Christum in baptismo descendens testimonium perhibuit<sup>1489</sup>, quoniam *hic est qui baptizat*<sup>1490</sup>: Christus enim est qui interius causat effectum baptismi in anima que malicia ministri non potest impedire. Et quod baptismus fuerit sic instituendus, scilicet quod malicia ministri non impediret, ad hoc adducit Scotus aliquas congruencias.

---

1481 Baptisant ms.  
1482 Baptizando ms.  
1483 Praecise ms.  
1484 Baptisantis ms.  
1485 Baptisato ms.  
1486 BAPTISATUR s.  
1487 Bapta ms.  
1488 BAPTISAT ms.  
1489 Peribuit ms.  
1490 Baptisat ms.

Prima est quia - si baptismus non posset conferri nisi ab vno - tunc non esset in magnum remedium viatoris, sed ut communiter in detrimentum - cum enim nullus esset certus de bonitate propria - multo minus esset certus de bonitate aliena. Igitur si ex bonitate ministri dependeret baptismus, numquam posset aliquis esse certus. Si vere recepisset baptismum an non, quod esset multum inconueniens si obicias, quod nec modo homo potest esse certus, quia nescit dispositionem propriam. Respondet Scotus quod hoc non obstat, quia satis potest homo noscere certitudinaliter

f. 69 ra

sicut hic requiritur certitudo, quod ipse intendit recipere baptismum. Et hoc sufficit ex parte eius, scilicet suscipientis baptismum. Item dicens contra quia homo non potest<sup>1491</sup> esse certus de intencione ministri que tamen necessario requirit, igitur iterum non potest esse certus quod sit baptizatus<sup>1492</sup>. Respondet Scotus quod, licet homo non sit omnino certus, tamen probabiliter potest praesumere, quod minister, talem actum exercens, intendat facere illud ad quod actus 2<sup>m</sup> se ordinatus est. Non autem ita possit haberi certitudo de bonitate aut sanctitate ministri. Secunda congruencia, quia baptismus est sacramentum necessitatis maxime quo ad paruulos qui non habent aliud remedium per quod possint salui fieri. Igitur omnia ad ipsum necessaria pertinencia debent esse communissima et notissima, bonitas autem moralis et gratuita est valde rara et multum ignota; igitur non de necessitate requiritur in ministro baptismi. 3<sup>a</sup> congruencia sumitur<sup>1493</sup> ex parte suscipientis, quia omnino iniustum videtur vnum pro iniquitate alterius puniri, quia iste aliter nullo modo communicat iniquitati istius ita ut possit scilicet ab aliquo modo imputari. Sed ille baptizandus<sup>1494</sup> disponit se, ut pono, ad gratiam quantum potest, si ergo malicia ministri impediret ille puniretur propter culpam

f. 69 rb

alienam nullo modo sibi imputandam. Ad primum argumentum dicitur : si talis perfidus baptizat<sup>1495</sup> paruulum et in forma ac intencione Ecclesiae, tunc perfidia ministri nichil obest paruulo nec quo ad sacramentum, nec quo ad sacramenti effectum. Si autem baptizat<sup>1496</sup> adultum in forma et intencione Ecclesie, tunc adhuc confert sibi vere sacramentum et effectum sacramenti. Si saltem ille adultus est bene dispositus et non ponit obicem gracie, ponit autem obicem si consentit heresi et, ut dicit Bonauentura, hoc potest fieri tripliciter : primo si est hereticus et fauet errori, 2<sup>o</sup>, si non est hereticus, vadit tamen ad hereticum praecisum in contemptum Ecclesiae, 3<sup>o</sup> si ille ad quem vadit non est

---

<sup>1491</sup> Potest om. ms.  
<sup>1492</sup> Baptisatus m.  
<sup>1493</sup> Summitur ms.  
<sup>1494</sup> Baptisandus ms  
<sup>1495</sup> Baptisat ms.  
<sup>1496</sup> Baptisat ms.

praecisus, sed occultus. Ipse tamen scit eum fore hereticum et vadit ad eum ad suscipiendum ab eo baptismum forte propter aliquod commodum<sup>1497</sup> aut propter istius fauorem, et tunc non accipit gratiam propter obicem proprii peccati. Et de hoc loquitur Ambrosius. Si autem homo vadit ad hereticum ignoranter, scilicet quia credit eum esse catholicum aut vadit ad talem in casu necessitatis et solo intuitu necessitatis, tunc recipit sacramentum et effectum eius. Ad 2<sup>m</sup> respondetur quod virtus sacramenti est quedam vita spiritualis, et illa non manet in membro praeciso ab Ecclesia.

f. 69 va

Ex hoc tamen non sequitur quando illa vita possit per sacramentum illius precise<sup>1498</sup> esse in suscipienti, si idem suscipiens non ponit obicem gratiae. Ad 3<sup>m</sup> dicitur quod non est in hoc simile de membris corporis mistici et de membris corporis naturalis, quia in corpore mistico non semper deriuatur gracia a Deo ad alia membra per ministros Ecclesiae quemadmodum in corpore naturali deriuatur vita a corde per membra propinquiora ad membra distinctiora. Sed ipsa gracia immediate<sup>1499</sup> a Deo causatur in suscipientibus digne et rite sacramenta. Ad 4<sup>m</sup> dicit S<anctus> Thomas quod debitum dicitur dupliciter vno modo debitum necessitatibus et sic debitus minister est quilibet homo. Alio modo debitum conveniencie seu<sup>1500</sup> debitum congruitatis, et sic oportet ministrum esse bonum et iustum, ut vult Augustinus. Sic eis oportet aquam in qua fit baptismus esse mundam ob reuerenciam sacramenti; tamen si sit immunda<sup>1501</sup> nichilominus fit in ea baptismus, et similiter si sit minister malus, nichilominus confert vere baptismum. Ad 5<sup>m</sup> respondetur quod proprie loquendo minister non mundat, sed Deus per illum uel non mundat efficiendo, sed ministerio suo sicut seruus immundus<sup>1502</sup> per aquam mundat. Ad 6<sup>m</sup> dicit Scotus quod aliqua sunt ita

f. 69 vb

simpliciter de substantia fidei quod omnes suscipientes baptismum post tempus aliquantulum vsus rationis tenentur explicite credere illa sicut sunt articuli de incarnatione Christi, ut Christus est natus, est mortuus et ceteris<sup>1503</sup> de quibus sunt solempnitates speciales in ecclesia et quos potest populus concipere quia sunt de Christo homine. Alia sunt requisita ad substanciam fidei que explicite simpliciter obseruanda et credenda sunt a maioribus Ecclesiae, ut sunt singularia et specialia de benedicta Trinitate. Alia sunt que nec explicite sunt ab istis aut ab illis necessario credenda eo, quod

---

<sup>1497</sup> Comodum ms.  
<sup>1498</sup> Praecise ms.  
<sup>1499</sup> Inmediate ms.  
<sup>1500</sup> Sic!  
<sup>1501</sup> Inmunda ms.  
<sup>1502</sup> Immundus ms.  
<sup>1503</sup> Cys ms.

non sunt de illo tempore adhuc declarata per Ecclesiam, cuiusmodi sunt multe conclusiones incluse in articulis necessario creditis. Sed antequam sint per Ecclesiam determinate non oportet eas quemcumque explicite credere ; oportet tamen circa eas sobrie opinari ut scilicet homo sit paratus ea tenere pro tempore pro quo veritas fuerit declarata. Subdit Scotus hoc, ergo modo dico quod baptismum esse sacramentum Noue Legis necessarium ad salutem, statim est de veritate fidei christiane quia expresse<sup>1504</sup> habitum in Ewangelys<sup>1505</sup>. Sed quod huiusmodi baptismus poterat ab heretico conferri, non fuit statim in Scriptura expressum<sup>1506</sup>, ymo<sup>1507</sup> nec tempore Cypriani

f. 70 ra

declaratum, propter quod circa illam veritatem baptismi declarandam multum laborauit Augustinus in libro suo *De vnico baptismo* et in libro suo *Contra Donatistas*. Vnde si Cyprianus, qui praecessit Augustinum, illam scilicet quod apud hereticos non esset baptisma ita tenuit, et de ea sensit sic quod tam promptus erat ex animo sentire circa hoc quod Ecclesia declararet in nullo peccauit, nec forte venialiter, si minus illi adhesit ad quod nullam auctoritatem<sup>1508</sup> aut rationem cogentem habuit. Ratio enim sua non valet, scilicet quod quis non habet non potest dare, quia baptizans<sup>1509</sup> non dat gratiam sed dat solum extrinsecum sacramentum, et illud habet in virtute quia habet ordinem. Et forte hoc modo innuit Augustinus eum peccasse. Dicit enim et ponitur distincione sequenti : dum eos, scilicet hereticos, ipse, scilicet beatus Cyprianus, minus detestaretur, si quid in eo purgandum erat passionis falce tollitur. Hoc etiam modo, ut subdit Scotus, potest excusari abbas Joachim, quia et si sententiam erroneam dixit - ut patet extra de summa Trinitate et fide catholica, scilicet quod tres persone non sunt aliqua vna res que nec generat, nec generatur, nec spirat, nec spiratur - tamen hoc non dicitur pertinaciter asseruisse, sed

f. 70 rb

omnes libros suos reliquisse 2<sup>m</sup> iudicium Ecclesiae corrigendos. Secundo queritur vtrum malus minister baptizando<sup>1510</sup> peccet et similiter ille, quia a tali sacramentum recipit scienter. Arguitur primo quod malus minister baptizando<sup>1511</sup> semper peccet, quia dicit Augustinus in littera : - Iustos oportet esse per quos baptizatur<sup>1512</sup>. Si ergo non sunt iusti cum baptizant, tunc faciunt quod non debent et sic

---

1504      Expraesse ms.  
1505      Sic!  
1506      Expraessum ms.  
1507      Sic!  
1508      Auctoritatem ms.  
1509      Baptisans ms.  
1510      Baptisando ms.  
1511      Baptisando ms.  
1512      Baptisatur ms.

peccant. 2° arguitur quod vterque peccet et dans baptismum et ab eo recipiens, quia 2<sup>m</sup> Ambrosium de informandis rudibus qui faciunt et quibus faciunt nichil prodest, sed ad iudicium est. 3°, cooperans alicui ad mortaliter peccandum peccat mortaliter : hoc enim est agere contra fraternam caritatem, sed ille recipiens baptismum scienter a malo cooperatur sibi in actu baptizandi, in quo peccat mortaliter. Quarto esto quod minister velit committere vicium symonie ut, quia uult baptizare nisi pro pecunia, tunc qui sic ab eo reciperet committeret symoniam; igitur in hoc saltem casu accipiens baptismum a sic malo peccaret mortaliter. In oppositum arguitur quia de consecratione - distinctio quarta capitulo 'Romanos' dicitur et allegat Magister in littera Romanus pontifex :

f. 70 va

non attendit hominem qui baptizat, sed Deum, etiam<sup>1513</sup> si paganus sit qui baptizat. Item Augustinus Super Iohannem omne 5<sup>ta</sup> : non exhorreat columba ministerium malorum. De prima parte questionis, scilicet vtrum malus minister peccet baptizando<sup>1514</sup>, dicitur quod sacerdos in peccato mortali existens et baptismum cum solempnitate et ex officio ministrans peccat mortaliter, quia sacramento facit irreuerenciam cum ipsum exhibet scienter in mortali constitutus. Item dicit S<anctus> Thomas : quicumque in peccato mortali existens exhibet se ministrum Ecclesiae in quocumque spirituali peccat secundum quorundam opinionem satis probabilem. Et subdit : ideo sacerdos baptizans cum solempnitate, quasi ministrum Ecclesiae se exhibens, peccat mortaliter. Concordat beatus Dyonisius in *De ecclesiastica ierarchia* dicens quod nephas est immundos<sup>1515</sup> ecclesiastica tangere sacramenta. Et confirmatur : non maius malum fuit - ut videtur - accedere ad sacramenta Veteris Legis cum immundicia<sup>1516</sup> prohibita in Lege quam accedere ad sacramenta Noue Legis cum immundicia<sup>1517</sup> conscientiae prohibita, sed primum fuit peccatum mortale. Igitur et secundum est mortale. Minor patet per illud quod dicitur Leuitici 12°: OMNIS HOMO QUI ACCESSERIT DE STIRPE VESTRA AD EA QUE CONSECRATA SUNT IN QUO EST IMMUNDICIA<sup>1518</sup> PROHIBITA CORAM

f. 70 vb

---

<sup>1513</sup> Sed ms.  
<sup>1514</sup> Baptizando ms.  
<sup>1515</sup> Inmundos ms.  
<sup>1516</sup> Inmundicia ms.  
<sup>1517</sup> Inmundicia ms.  
<sup>1518</sup> INMUNDICIA ms.

DOMINO. Item Bonauentura dicit hic quod si baptizans est in peccato mortali siue occulto<sup>1519</sup>, siue<sup>1520</sup> notorio est distingwendum<sup>1521</sup>, quia aut est necessitas baptizandi<sup>1522</sup>, uel timetur scandalum si non baptizaret. Tunc non peccat baptizando<sup>1523</sup>, sed peccat in hoc quod negligit se praeparare et cum timore et reuerencia accedere. Si autem non imminet necessitas baptizandi<sup>1524</sup>, nec timetur scandalum si non baptizaret, tunc non debet baptizare<sup>1525</sup> nisi praeuius se praeparet ad iustificationem, quod si non facit, non tamen peccat negligendo iustificationem, sed etiam quantum est in se sacramento contumeliam faciendo et vsurpando sibi id ad quod non est idoneus<sup>1526</sup>. Si autem talis est notorius peccator et baptizat<sup>1527</sup>, tunc vltra hoc peccat scandalizando<sup>1528</sup>. Et ideo dicit Augustinus quod mundos oportet esse ministros, scilicet ut digne conferant, et ad edificationem aliorum et non ad scandalum. Diceret aliquis : malus si est sacerdos parochialis et baptizat, ipse facit quod debet et tenetur, igitur non peccat faciendo. Respondetur quod, licet faciat quod debet, non tamen facit illud eo modo quo debet, quia diceret sacramenta mundus et iustus contingere et exhibere et illud non facit, igitur peccat. Dicitur enim Dewteronomy<sup>1529</sup> iuste quod iustum est exequeris : hec de prima parte quaestionis. De secunda vero parte, scilicet an peccet qui suscipit baptismum

f. 71 ra

a malo ministro, est distingwendum<sup>1530</sup> de malo ministro : aut enim est praecisus aut ab Ecclesia totaliter uel ad tempus ut hereticus, aut excommunicatus, uel est ab Ecclesia permissus, ut aliis malus in moribus. De primo modo dicto - malo scilicet ab Ecclesia reciso<sup>1531</sup> - dicitur quod qui extra casum necessitatis a tali reciperet baptismum pro se aut pro alio scienter, ille grauiter peccaret. Extra casum necessitatis communicaret illi contra praeceptum Ecclesiae, ymo<sup>1532</sup> communicaret ei in actibus, maxime prohibitis, ut in sacramentalibus actis. De 2<sup>o</sup> vero dicitur quod in casu necessitatis non peccat homo recipiendo baptismum a tali malo si alter minister haberi non potest. Patet per beatum Thomam hic dicentem: si minister est recisus<sup>1533</sup> ab Ecclesia, tunc non peccat recipiens sacramentum nisi in

---

1519      Oculto ms.  
1520      Sine ms.  
1521      Distigwendum ms.  
1522      Baptisandi ms.  
1523      Baptisando ms.  
1524      Baptisandi ms.  
1525      Baptisare ms.  
1526      Sic!  
1527      Baptisat ms.  
1528      Scandalizando ms.  
1529      Sic!  
1530      Sic!  
1531      Praeciso ms.  
1532      Sic!  
1533      Praecisus ms.

causa necessitatis in quo posset eis a pagano recipere, uel Iudeo. Idem videtur haberi a beato Augustino contra Donatistas, vbi dicit : potest tradere separatus<sup>1534</sup> sicut potest habere separatus<sup>1535</sup>, sed perniciose tradere, ille autem cui tradit potest salubriter accipere. Si ipse non separatus accipiat, plerumque accidit ut catholico animo aliqua necessitate mortis ingruentis ad aliquem hereticum venerit, et ab eo Christi baptismus sine qua uis peruersitate perceperat et siue defuncti, siue liberati nequaquam apud eos remanent ad quos numquam transierunt.

f. 71 rb

Diceret aliquis an tamen adultus in tali causa teneatur recipere sacramentum ab huiusmodi praecioso. Respondet Scotus quod forte adultus posset a tali praecioso non recipere eo, quod baptismus fluminis forte scilicet sufficeret si propter reuerenciam Ecclesiae talem vitet. Et subdit : tamen, pensatis omnibus, melius videtur quod a tali recipiat quam quod de vita hac sine baptismo decedat. De paruulo dicit vero Scotus : si nullus potest haberi non precisus<sup>1536</sup> qui paruulum baptizet<sup>1537</sup> et immineat periculum mortis ita quod non posset expectare minister ydoneus<sup>1538</sup>, debet homo ymo<sup>1539</sup> tenere paruulum suum, offerre illi praeciso ad baptizandum<sup>1540</sup> : nimis enim durum esset enim dicere quod tenetur paruulum suum permittere perpetue dampnari, cum possit habere aliquem qui eum baptizet<sup>1541</sup> cum quocumque eum baptizante. Saluetur etiam si paganus eum baptizaret<sup>1542</sup> in forma tamen et modo Ecclesiae, ut supra dictum fuit. Huius conclusionis contrarium posuerunt aliqui dicentes quod quilibet etiam in necessitate tenetur non recipere sacramentum scienter a tali praeciso, quod probare voluerunt sic, quia baptizandus<sup>1543</sup> aut est adultus aut paruulus : si adultus tunc sufficit, scilicet ad salutem, baptismus fluminis quando non potest habere baptismus fluminis, sicut est in proposito, quia non habet ministrum ydoneum<sup>1544</sup> cum sit sibi prohibitum communicare illi

f. 71 va

---

1534 Seperatus ms.  
1535 Seperatus ms.  
1536 Praecisus ms.  
1537 Baptiset ms.  
1538 Sic!  
1539 Sic!  
1540 Baptisandum ms.  
1541 Baptiset ms.  
1542 Baptisaret ms.  
1543 Baptisandus ms.  
1544 Sic!

praeciso et maxime in sacramentalibus actibus. Si autem baptizandus<sup>1545</sup> est paruulus, tunc offerens eum baptizet<sup>1546</sup>, ipsi imminet periculum mortis et non potest haberi minister magis idoneus<sup>1547</sup>, scilicet non praecisus, quia ut praeuius non licet tibi communicare paruulo suo cum tali praeciso. Sed contra illud et pro conclusione arguit Scotus : sic praeceptum superioris plus obligat quam praeceptum inferioris, Deus autem praecepit baptismum<sup>1548</sup> suscipere et Ecclesia praecepit non communicare cum isto praeciso. Igitur magis obediendum est praecepto diuino quam Ecclesiae praecepto in tali casu. Item non plus tenetur quis vitare praecisum quam ipsemet praecisus<sup>1549</sup> teneatur vitare ministracionem sacramenti, sed in causa ipse praecisus tenetur ministrare sacramentum. Igitur in simili causa potest aliquis ab eo recipere maior nota et minor probatur, quia si aliquis praecisus videret paruulum non baptizatum moriturum tenetur eum baptizare<sup>1550</sup> : ipse enim in necessitate tenetur eum sustentare cibo corporali ne corporaliter moreretur. Igitur multo fortius teneretur eum sanare spiritualiter, ne dampnaretur. Ad argumentum aliorum dicit Scotus quod prohibicio Ecclesiae intelligitur quando praeceptum maius non obligat ad contrarium praeceptum aut legis naturae, et praeceptum diuinum maius est praeceptum Ecclesiae. Tamen, vbi ergo praeceptum

f. 71 vb

legis naturae obligat sicut ad saluandum vitam proximi corporalem et multo magis veritatem spiritualem et praeceptum diuinum de conferendo et suscipiendo baptismum, magis obediendum est praecepto superioris quam vitandus sit talis propter praeceptum Ecclesiae ipsum vitare mandantis. Nullus enim iudex in Ecclesia uel legislator interpretaretur praeceptum suum seruandum in eo casu in quo vergetur contra praeceptum legis naturae et diuinum. Quantum ad 2<sup>m</sup> membrum distinctionis praemisse, scilicet de malo non praeciso, dicit primo Scotus quod, si esset occulte malus ita quod vita eius non est communiter scandalosa populo, satis conceditur communiter, quod potest homo a tali baptismum recipere. Ymo<sup>1551</sup> quod debeat se esse suus ordinarius, quia propter peccatum quod non est notorium non debet quis alium vitare in actibus notorys<sup>1552</sup>, ut est ministratio sacramentorum. Secundo dicit quod, si huius minister malus - licet non praecisus - sit notorie et publice malus ut - quia est notorius fornicarius, etcetera - tunc est distingwendum<sup>1553</sup> : quia aut tali incumbit de

---

<sup>1545</sup> Baptizandus ms.

<sup>1546</sup> Baptizet ms.

<sup>1547</sup> Sic!

<sup>1548</sup> Baptism ms.

<sup>1549</sup> Praecisus ms.

<sup>1550</sup> Baptizare ms.

<sup>1551</sup> Sic!

<sup>1552</sup> Sic!

<sup>1553</sup> Sic!

necessitate ex officio suo dispensare sacramentum baptismi uel - quia est sacerdos, curatus istius baptizandi<sup>1554</sup> – autem<sup>1555</sup> non incumbit

f. 72 ra

sibi ex necessitate. Licet congruere<sup>1556</sup>, scilicet ratione officij<sup>1557</sup> utpote, quia est sacerdos vocatus in adiutorium curati. Si primo modo, scilicet quod minister est, notorie malys<sup>1558</sup> et est curatus cui incumbit necessario provideri de sacramentis suis subditis, tunc non peccat qui recipit baptismum ab eo pro se, uel pro suo paruulo. Non enim peccat qui a malo debitum petit ac accipit, ille autem curatus debitor est parochie sue in sacramentis ministrandis. Si autem 2<sup>o</sup> modo, scilicet quod minister est notorie malus et non incumbit, scilicet de necessitate ministrare sacramenta tali baptizando licet de congruo eo, quod est vocatus in adiutorium curati. Tunc si potest haberi melior ille peccat qui ab illo notorio malo recipit cui non incumbit necessitas ministrare sacramenta tali baptizando. Si autem nullus alter melior ad quem pertineat haberi posset, tunc non peccat recipiendo de legato a quo petere potest illud quod, scilicet debitum, est sicut posset a paruulis<sup>1559</sup>. Sed ponitur casus quod nullus sacerdos nisi notorie malus possit haberi, sed possit haberi laicus bonus. Dubium est quis cui in hoc sit praefendus, id est a quo illorum sit baptismus suscipiendus. Et videtur Scotus quod a sacerdote sit suscipiendus quia officium ministrandi in Ecclesia Dei sacramenta conuenit sacerdotibus et non laicis ; melius ergo videtur deferendo officio administrandum sacramenta instituta<sup>1560</sup>. Ad primum

f. 72 rb

argumentum concedatur quod minister existens in peccato mortali et baptizans ex officio publice et cum solemnitate consweta<sup>1561</sup> peccat mortaliter, et hoc vult Augustinus : loquitur enim principaliter de ministris Ecclesiae et ergo subdit iustos oportet esse tanti iudicis ministros. Ad secundum quod Ambrosius loquitur de malis ex officio ministrantibus : isti peccant, ut iam dictum fuit. Et loquitur de suscipientibus a praecisis scienter et ex casu necessitatis, aut vt fiat discipulus talis praecisi heretici uel fauendo per hoc ex rationi suo : talis enim grauiter peccaret, ut praeuius dictum fuit, non autem sic de omnibus. Ad 3<sup>m</sup> respondet Sanctus Thomas quod - si malus sacerdos peccat baptizando<sup>1562</sup> - non tamen oportet propter hoc quod ille peccet, qui ab eo baptismum eciam extra necessitatis

---

1554 Baptisandi ms.

1555 Aut ms.

1556 Congrueret ms.

1557 Sic!

1558 Sic!

1559 Paruuli ms.

1560 Instituta *emend.* ms.

1561 Sic!

1562 Baptizando ms.

articulum exigit et recipit, et hoc propter duas causas. Primo quia isti subdito non potest esse certum quod ille sacerdos sit in peccato mortali, ignorat cor eius : habuit enim forte contricionem et in vno instanti Spiritus sanctus operatur iustificationem. 2<sup>o</sup>, quia ille petit quod iustum est : debet enim a suo sacerdote sacramenta petere et recipere nec per hoc cogit eum uel inducit ad peccandum, quia ille potest reddere quod debet non peccando ut si disponit se ad iustificationem per penitentiam dignam. Si autem non peniteat praeuius, nichil imputandum est illi subdito petenti actum ministracionis sacramenti, quia

f. 72 va

non petit eum in quantum peccatum, sed in quantum peccatum debitum. Idem vult Scotus : dicit enim quod ille qui petit baptismum a suo malo sacerdote non cooperatur illi directe ad peccatum mortale. Petit enim ab eo actum debitum, scilicet et in hoc non delinquit quia nullius malicia excusat a soluendo debitum quod tenetur. Ille autem actus posset solui sine peccato si baptizaturus<sup>1563</sup> praeuius contereretur. Ymo<sup>1564</sup> quantum est ex actu illius petentis baptismum, tunc ille petens magis necessit ad sacerdotem ad penitentiam quam ad peccandum, quia illa ministracio sacramenti diceret scilicet esse causa et occasio praeuius penitendi, ut digne ministraretur. Et Bonauentura dicit quod non peccat qui ad proprium sacerdotem eciam malum malicia morum accedit pro ministracione sacramenti. Ymo<sup>1565</sup> non accedens ad eum, sed ipsum vitans et recusans, magis peccat in hoc saltem casu cum ideo eum recuset, quia credit sacramentum per ipsum dispensatum esse viciorum. Ymo<sup>1566</sup> facit in hoc iniuriam sacramento quod non potest pollui per maliciam cuiuscumque minister. Ad 4<sup>m</sup> respondet S<anctus> T<homas> quod ille baptizandus<sup>1567</sup> aut est adultus, aut paruulus. Si est adultus tunc sufficit, scilicet ad salutem credere, et baptismum petere et baptizari baptismum fluminis et nullo modo debet committere vicium symonie. Si autem est paruulus pro quo quis

f. 72 vb

baptismum petit, tunc ipse offerens potius paruulum per se baptizare quam praecium sacramenti pro baptismum symoniace dare. Subdit S<anctus> T<homas> : est tamen ei licitum emere aquam a sacerdote si alius<sup>1568</sup> aquam habere non posset pro suo aut pro sui paruuli baptismum, quia aqua non est quid de se sacramentum eciam si est sanctificata eo modo quo solet in Ecclesia benedici in vigilia Pasce. Adhuc posset eam emere, quia non operatur ad baptismum de necessitate eius existens quasi

---

<sup>1563</sup> Baptisaturus ms.  
<sup>1564</sup> Sic!  
<sup>1565</sup> Sic!  
<sup>1566</sup> Sic!  
<sup>1567</sup> Baptisandus ms.  
<sup>1568</sup> Alius emend. ms.

sanctificata, sed quasi aqua. Et ideo emit aquam non vt sanctificatam, sed ut aquam quia ut sic, scilicet ut aqua est de necessitate baptismi. Eandem sententiam tradit Scotus : dicit enim quod si sacerdos nullo modo vellet baptizare nisi acciperet praecium pro actu baptizandi, prout est actus sacramentalis, tunc esset perfecte symoniacus quia vendens sacramentum. Et ideo nullo modo esset baptismus isto modo ab eo recipiendus, nec pro adulto nec pro paruulo; pro adulto non, quia peccaret mortaliter, sic recipiendo symoniace. Non autem obligatur ad recipiendum sacramentum quando non potest recipere sine mortali peccato, sed si imminet<sup>1569</sup> casus necessitatis potest saluari in baptismo flaminis, nec debet eciam in tali casu recipi baptismus pro paruulo. Peccaret enim mortaliter qui sic pro paruulo symoniace

f. 73 ra

reciperet. Dicens forte nullus alius adesset qui vellet baptizare<sup>1570</sup> paruulum et sic non baptizando<sup>1571</sup> exponeret paruulum periculo, quia posset mori et sic dampnari. Respondet Scotus : baptizet<sup>1572</sup> ipse offerens - si potest - utpote si non est mutus uel mancus. Et si ipsemet non possit, nec possit habere aliquem alium baptizantem<sup>1573</sup> paruulum nisi qui velit vendere baptismum nec symoniam committere, tunc dimittat paruulum suum modi eciam sine baptismo, quia ipse emendo baptismum committeret symoniam et sic peccaret mortaliter. NON autem SUNT FACIENDA MALA UT EVENIANT BONA - Ad Romanos 3<sup>o</sup> - et quilibet magis debet diligere seipsum quam proximum et perconstans in seipso magis vitare peccatum mortale quam in alio dampnationem. Addit Scotus quod talis casus de difficili<sup>1574</sup> uel numquam contingit quando sine symonia ex parte adulti baptizandi<sup>1575</sup>, uel ex parte offerentis paruulum ad baptismum potest haberi baptismus. Si enim sacerdos ille vellet vendere aquam suam suam et nullo modo vellet alias concedere eam, tunc potest ipsa aqua emi esto eciam quod sit consecrata. Nullo modo tamen in illa empcione habendo respectum ad ipsius aque consecracionem nec plus dando propterea : propter consecracionem non enim plus valet ad baptismum

f. 73 rb

consecrata quam non consecrata quo ad efficaciam sacramenti. Sed consecracione est solum pro honestate et solempnitate sacrament<i>. Huius datur exemplum, quia licet emere et vendere calicem consecratum nullo modo oculum habendo ad emendum uel vendendum ad consecracionem. Item si

---

<sup>1569</sup> Iminet ms.  
<sup>1570</sup> Baptizare ms.  
<sup>1571</sup> Baptizando ms.  
<sup>1572</sup> Baptizet ms.  
<sup>1573</sup> Baptizantem ms.  
<sup>1574</sup> Deficili ms.  
<sup>1575</sup> Baptizandi ms.

sacerdos nitatur actum baptismationis<sup>1576</sup> vendere, potest ille qui offert paruulum emere non intendens actum illum in quantum est sacramentale, sed intendens solum laborem sacerdotis in tali actu. Sicut conducuntur hodie sacerdotes ad celebrandum missas, ut sepe conducuntur capellani pro certa summa ad legendum missas per annum, etcetera, non sic quod ipsi sacerdotes vendant et aly<sup>1577</sup> emant actum celebracionis in quantum est quoddam sacramentale, quod absit longe ab omnibus. Sed ipsi vendunt laborem et aly<sup>1578</sup> emunt eum, quia oportet vnumquemque de suo labore taliter qualiter victitare. Scotus et<sup>1579</sup> Bonauentura dicunt quod in causa argumenti talis debet dare praecium illi baptizanti<sup>1580</sup> non ad emendum aquam uel sacrum, sed ad redimendam iniquam vexacionem : habet enim ius ad baptismum et inique ille impedit enim in iure suo et ideo potest hoc tollere. Tamen beato Thome plus placet solucio praecedens. Diceret aliquis sic, quod mulier aliqua offerat paruulum ad baptismum

f. 73 va

et sic ipsa muta aut manca quod non posset baptizare, nec assit alius volens baptizare<sup>1581</sup>, et sic vehemens timor de morte pueri, et non uelit sacerdos baptizare<sup>1582</sup> puerum nisi ipsa praeuius fornicket secum, aut blasphemet Deum, aut periuret, aut in aliud peccatum consenciat quid erit faciendum in tali causa de tali puero. Respondetur quod nullo modo debet consentire in peccatum ex causis superius dictis, sed dimittat paruulum sine baptismo vsque possit alium rite baptizantem habere et ponat se ad deuocionem ut pro paruulo impetret prolongacionem vite usque ad susceptionem ritam baptismi, aut ut praecibus suis impetret paruulo baptismum flaminis. Et si moritur paruulus sine baptismo speret quod fides sua, scilicet offerentis et bona voluntas qua propter Deum et amorem iustitiae noluit consentire in peccato, pro quo institit sacerdos uel aliter baptismi minister ex Dei speciali misericordia sufficiat paruulo suo ad salutem, ita ut diuina pietas in tali necessitate cuncta deficiencia suppleat. Tercio queritur vtrum Christus secundum quod homo habuerit potestatem dimittendi peccata. Arguitur quod sic, quia Mathei 9<sup>o</sup> dicitur vt autem sciatis quia filius hominis habet potestatem dimitten-

f. 73 vb

-di peccata. Dixit paralitico : SURGE ET AMBULA. Sed non oportebat signo ostendi et probari, quod Deus habet potestatem dimittendi peccata - hoc enim Iudei confitebantur - igitur voluit ostendere

---

<sup>1576</sup> Baptisationis ms.  
<sup>1577</sup> Sic!  
<sup>1578</sup> Sic!  
<sup>1579</sup> Et ms.  
<sup>1580</sup> Baptisanti ms.  
<sup>1581</sup> Baptisare ms.  
<sup>1582</sup> Baptisare ms.

quod 2<sup>m</sup> quod homo haberet potestatem dimittendi peccata. Secundo, Christus 2<sup>m</sup> quod homo est redemptor - ut dicitur in 3<sup>o</sup> distincione 19<sup>a</sup> - sed non potest aliquis liberare a seruitute peccati nisi sibi dimissum sit peccatum. Igitur Christus 2<sup>m</sup> quod homo habuit auctoritatem dimittendi peccata quomodo alias redemisset nos a peccatis. In oppositum arguitur illud : quod est solius Dei non conuenit Christo in quantum homo, sed dimittere peccata est solus Dei, ut patet Ysaie 4<sup>m</sup> : EGO SUM QUI DELEO INIQUITATES TUAS PROPTER ME. Respondet S<sup><anctus></sup> Thomas quod triplex est potestas abluendi et mundandi a peccato in baptismo. Prima est potestas auctoritatis et hec est solius Dei, que virtute propria peccata dimittit quasi principalis causa remissionis peccati. A seipso enim et non aliunde habet potestatem immediate<sup>1583</sup> per se, interius mundandi a culpa et tali potestate Christus in quantum Deus peccata dimittere potuit, sed non in quantum homo. Secundum humanam enim naturam non habuit virtute propria interius mundare a culpa, ymo<sup>1584</sup> dicunt doctores quod hanc potestatem auctoritatis dimittendi peccata Deus non solum communicauit cuicumque,

f. 74 ra

sed eciam nec communicare potuit creaturae. Patet satis ex iam dictis quia non potest communicare creaturae, quod ipsa propria virtute peccata dimittit et sit tamquam principalis causa creacionis graciae et quod habeat seipsa et non aliunde recepit potestatem immediate<sup>1585</sup> interius mundandi a culpa : hoc enim poneret eum extra limites creaturae. Alia potestas est potestas ministry<sup>1586</sup> que illis competit qui sacramenta ministrant et dispensant, in quibus diuina sacramentis virtus secrecius operatur salutem : illis enim datum ut possint exterius ministrare et elementum et verbum. 3<sup>a</sup> est media inter has duas que dicitur potestas excellencie, et hanc Christus 2<sup>m</sup> quod homo habuit prae alys<sup>1587</sup>. Attenditur autem hec excellencia quantum ad tria. Primo quantum ad hoc, quod baptismus habet efficaciam suam ex merito passionis Christi et non ex merito alicuius alterius, propter quod non est baptismus melior qui datur a meliori baptizante<sup>1588</sup>. 2<sup>o</sup> attenditur excellencia quantum ad hoc, quod Christus poterat sine sacramento conferre sacramentorum effectum quasi dominus et institutor sacramentorum, quod de alys<sup>1589</sup> non est verum. 3<sup>o</sup> acceditur excellencia quantum ad hoc, quod ad invocacionem nominis eius dabatur remissio peccatorum

f. 74 rb

---

1583 Inmediate ms.  
1584 Sic!  
1585 Inmediate ms.  
1586 Sic!  
1587 Sic!  
1588 Baptisante ms.  
1589 Sic!

in primitiua Ecclesia : tunc enim ad tempus baptizabatur<sup>1590</sup> in nomine Christi quod non fit, nec factum est in nomine Petri, aut Pauli, uel alterius ministri. Et dicunt doctores communiter quod hanc potestatem excellencie potuit dare ministris Ecclesiae, licet nulli alteri dederit nisi Christo. Primam partem velle videtur Magister cum in littera dicit: ministerium dedit Christus seruis, sed potestatem scilicet retinuit quam si vellet poterat seruis. Hoc videtur intelligendum de potestate excellencie quam Deus poterat dare non solum Christo secundum quod homo, sed etiam ceteris ministris. Secundam partem similiter innuit Magister cum posterius dicit, sed noluit ne seruus in seruo spem poneret : vna enim causa propter quam non decuit ut ministris daretur huiusmodi potestas excellencie est, scilicet ne homo in puro homine speraret si baptismus efficaciam dimittendi peccata haberet ex meritis puri hominis ut ministri. Secunda causa ne tot essent baptismata quot baptiste sew<sup>1591</sup> quot institutiones baptismi qui numeratur baptismus et denominatur ab eo in cuius nomine fit et ab eo qui instituit. Et ita multi essent baptismi si multis esset data potestas excellencie, ut scilicet multi haberent auctoritatem instituendi baptismi. Et quod in eorum nomine haberet efficaciam,

f. 74 va

voluit ergo Christus scilicet soli istam potestatem excellencie retinere vt solus institueret. Et sic solus vnus baptismus remaneret : si enim essent plures baptismi in Ecclesia, tunc posset ex hoc fieri scisma<sup>1592</sup> in eo, ut vnus diceret : EGO SUM CEPHE, EGO SUM PAULI, EGO SUM APOLLO<sup>1593</sup>, et sic non esset perfecta vnitas in Ecclesia cuius vnitatis perfeccio fundamentum habet in vnitatis baptismi. Tercia causa propter quam potestatem excellencie Dominus sibi soli retinuit est ut per hoc ostenderetur esse vnum solum caput Ecclesie, scilicet Christus a quo omnia membra Ecclesiae accipiunt motum et sensum. Est adhuc dubium vtrum Deus potuerit dare ministris potestatem cooperacionis in dimittendis peccatis. Et doctores satis communiter dicunt quod non potuit Deus communicare creaturae potestatem cooperacionis saltem per modum efficientis respectu gratie et eodem modo quo agencia naturalia cooperant Deo in productione ignis aut alterius rei naturalis. Videtur enim eis quod quia gracia eleuat hominem ad quandam vitam que est supra condicionem omnis naturae creaturae : est enim, ut dicunt, esse gratiae supra esse naturale et hominis et animalis<sup>1594</sup> que sunt supreme<sup>1595</sup>

f. 74 vb

---

<sup>1590</sup> Baptisabatur ms.  
<sup>1591</sup> Sic!  
<sup>1592</sup> Scissua ms.  
<sup>1593</sup> Appollo ms.  
<sup>1594</sup> Animalis ms.  
<sup>1595</sup> Supraeme ms.

creaturae. Et ideo agens quod effectiue sibi assimilat animam per gratiam, oportet quod sit super omnem virtutem creatam et sic talis cooperatio excederet terminos creaturae. Et dicit Bonaventura quod talem modum cooperationis non potuit Deus communicare creaturae, nec de illo intellexit Augustinus quod multipliciter pro se allegat, sed intellexit de illa potestate cooperacionis qua aliquis dicitur cooperari. Non quia simul cum illo efficiat, sed quia aliquo dono, scilicet dato aliquid facit quo facto Deus fecit, scilicet solo nutu mentis sine actu sacramenti, vnde sicut beatus Petrus dicitur mortuos suscitasse et infirmos curasse et habuisse virtutem curandi et gratiam sanitarum. Non quia ipse faceret ista miracula, sed quia Deus nutu beati Petri faciebat sine aliquo visibili sacramento. Sic diceretur aliquis animas purgare et purificare et Deo in hys<sup>1596</sup> cooperari si data esset ei consimilis gracia ad animas purgandas ; sed hoc noluit Deus dare, ut dicit Augustinus. Magister tamen in littera videtur velle quod Deus possit communicare creaturae quod tamquam secundarium et instrumentale agens cooperetur Deo ad produccionem gratiae in anima, sicut ignis cooperatur Deo instrumentaliter ad produccionem ignis. Sed

f. 75 ra

dicit Bonaventura quod non sit ei in hoc, vsquequaque consenciendo. Ad rationes ante oppositum respondet S<anctus> T<homas> quod filius hominis, id est Christus Dominus qui sepe se in Ewangelys<sup>1597</sup> sic nominat ut ostendat quid pro nobis misericorditer dignatus est fieri ille, inquam, filius hominis habuit potestatem auctoritatis<sup>1598</sup> dimittendi peccata non 2<sup>m</sup> quod homo, sed secundum quod Deus. Et ideo per miraculum ibi ostensum in cuiusdam paralitici sanacione probabatur hoc, scilicet quod ille homo esset Deus cui natura obediebat quasi proprio creatori. Non ergo erit intencio probare quod Christus in quantum filius hominis haberet potestatem auctoritatis in dimittendi peccata, sed fuit intencio probare quod ipse filius hominis haberet potestatem et quod per hoc esset Deus; sic ergo Christus habet illam potestatem auctoritatis<sup>1599</sup> in quantum Deus et non in quantum homo, quia non communicat humane naturae suae, sed solum diuinae. Ad 2<sup>m</sup> dicitur quod redemptor vno modo dicitur qui potestate auctoritatis<sup>1600</sup> vtitur in dimittendo peccata. Et sic Christus est redemptor 2<sup>m</sup> quod Deus ; alio modo dicitur redemptor propter effectum humilitatis in quantum per humilitatem passionis nobis meruit dimissionem peccatorum. Et sic est redemptor 2<sup>m</sup> quod homo : 2<sup>m</sup> enim humanam naturam passus

---

<sup>1596</sup> Sic!

<sup>1597</sup> Sic!

<sup>1598</sup> Auctoritatis ms.

<sup>1599</sup> Auctoritatis ms.

<sup>1600</sup> Auctoritatis ms.

f. 75 rb

est et non secundum diuinam. Sic autem esse redemptorem pertinet ad potestatem excellencie, sed mereri remissionem peccatorum nobis dari per sacramentorum applicacionem, ut datum fuit. Tunc cuilibet liceat baptizare addamus postquam Magister distincione 5<sup>ta</sup> determinauit : de potestate ministri baptismi hic determinauit de eius statu et gradu, et primo de gradu de quo queritur primo vtrum soli sacerdotes possint baptizare. Arguitur quod sic auctoritate<sup>1601</sup> Ysidori dicentis : « Constat baptismus solis sacerdotibus traditum ». In oppositum arguitur auctoritate<sup>1602</sup> eiusdem Ysidori dicentis : « Cum vltima necessitas cogit etiam laicis, fidelibus permittitur baptizare ». Et de consecracione distincione 4<sup>ta</sup> : « Romanus pontifex hunc hominem non indicat qui baptizat, sed Spiritus Dei subministrat gratiam baptismi licet paganus sit qui baptizat ». Ex quibus patet quod etiam aly<sup>1603</sup> a praesbiteris possunt baptizare<sup>1604</sup>. Conclusio prima : oportet de necessitate quod baptizans<sup>1605</sup> sit suppositum intellectum, uel intellectuale potens actiue in aqua abluere et debitam formam verborum proferre. Declarat hoc Scotus, quia oportet baptizantem<sup>1606</sup> abluere baptizatum, quod 2<sup>m</sup> praeuius dicta est facere actiue corpus baptizandi

f. 75 va

contingi ab aqua, et hoc uel per mocionem corpus ad aquam, ut fit immergendo<sup>1607</sup>, uel per mocionem aque ad eius corpus, ut fit superfundendo uel aspergendo. Et igitur in baptizante necessario requiritur virtus motiua qua posset aliquo illorum modorum actiue abluere, alium etiam oportet ministrum proferre verba forme baptismi. Igitur necesse est ut loqui possit, et insuper ad baptismum requiritur intencio in ministro, ut dicetur. Et ideo necesse est ipsum habere vsum rationis quare oportet de necessitate quod baptizans<sup>1608</sup> sit suppositum intellectuale, ut dicit conclusio : potens actiue abluere, et potens debitam formam verborum proferre uel saltem sit aliquod intellectuum separatum, ut anima intellectiua. Et est notandum quod non dixi in conclusione quod oportet baptizantem<sup>1609</sup> esse hominem vtentem racione. Sed dixi generaliter quod oportet eum esse suppositum intellectuale, quia - ut dicit Scotus - si bonus angelus assumpto corpore baptizaret, cum omnibus aliis ad baptismum requisitis supponendum esset eius baptismum esse verum, quia non fieret nisi de praecepto Dei, nec

---

<sup>1601</sup> Autoritate ms.  
<sup>1602</sup> Autoritate ms.  
<sup>1603</sup> Sic!  
<sup>1604</sup> Baptizare ms.  
<sup>1605</sup> Baptisans ms.  
<sup>1606</sup> Baptisantem  
<sup>1607</sup> Immergendo ms.  
<sup>1608</sup> Baptisans ms.  
<sup>1609</sup> Baptisantem ms.

ille ab angelo bono baptizatus esse rebaptizandus. Sicut legitur quod Michael prohibuit Episcopum dedicare ecclesiam suam in morte Gargano asserens eam a se dedicatam fuisse : licet enim, ut dicit

f. 75 vb

S<anctus> T<homas>, angelis bonis non fit actu collata potestas baptizandi, tamen, sicut Deus potenciam suam sacramentis non obligavit quando sine eis posset effectum eorum conferre hominibus, sic nec potestatem conferendi sacramenta alligavit aliquibus ministris. Et ideo qui dedit hanc potestatem hominibus posset et angelis dare, nec bonus angelus baptizaret si potestatem scilicet diuinitus concessa, vnde si baptizaret non esset ille rebaptizandus<sup>1610</sup> dummodo constaret, quod esset bonus angelus. Sic enim indicatum est templum per angelos consecratum ; non oportere per homines consecrari, ut legitur in hystoriam<sup>1611</sup> dedicacionis sancti Michaelis. Similiter uidetur intelligendum de baptismo collato per animam beatam corpore exutam, ut beati Petri, et quia posset Deus illam potestatem ei conferre, nec faceret animam Petri beatam nisi potestate a Deo recepta. Subdit Scotus dicens: “Si etiam malus angelus in corpore assumpto baptizaret<sup>1612</sup> et constaret, quod esset de praecepto Dei, talis habendus esset pro baptizato<sup>1613</sup>”: licet enim scilicet non sit nunc data potestas baptizandi, posset tamen a Deo scilicet dari et praecipui ut baptizaret, et apparet malum invitum obedire Deo. Sed non esset sine certa reuelatione

f. 76 ra

super hoc habita credendum quod malus angelus vere baptizaret. Tum, quia Deus non ministrat sacramenta per exclusos finaliter a salute et eternaliter dampnatos tamen, quia si non esset artatus praecepto diuino ad oppositum praesumere, dum esset semper ipsum fraudulenter agere, nec complete facere ea que essent necessaria ad salutem baptizati propter iniusticiam<sup>1614</sup> quam habet ad salutem hominum ex invidia praecedente. Secunda conclusio : non solum praesbiteri, sed et aly<sup>1615</sup> clerici, ymo<sup>1616</sup> laici possunt veraciter baptizare<sup>1617</sup>. Patet secundum Scotum ex priori conclusione : nullum enim suppositum intellectuale excluditur a posse baptizare nisi propter defunctum illorum trium praedictorum uel alicuius eorum. Et quia multi laici et inferiores clerici habent illa tria in se, igitur possunt baptizare et realiter baptismi sacramentum conferre. Item declarat conclusionem illam

---

<sup>1610</sup> Rebaptizandus ms.

<sup>1611</sup> Sic!

<sup>1612</sup> Baptizaret ms

<sup>1613</sup> Baptisato ms.

<sup>1614</sup> Inimiciam ms.

<sup>1615</sup> Sic!

<sup>1616</sup> Sic!

<sup>1617</sup> Baptizare ms.

Sanctus Thomas, dicens : “Sacramentum baptismi est maxime necessitatis, nec potest puerum aliter subuenire”. Et ideo ea, quia necessario ad substantiam sacramenti huius requiruntur, debuerunt esse communissima et ex parte materie, scilicet aque. Communem vbique haberi potest et ex parte ministri, ut scilicet quilibet possit et sicut sanctificatio aque baptismi et benedictiones quae praecedunt baptismum non sunt de necessitate baptismi,

f. 76 rb

sed de eius solempnitate quam propter Ecclesiae institutionem non licet extra casum necessitatis praetermittere. Sic sacerdotium ministri non est de necessitate baptismi, sed de eius solempnitate et peccat si non sacerdos baptizat non imminente necessitate. Vere tamen baptizat<sup>1618</sup>, sed imminente<sup>1619</sup> articulo necessitatis et vbi non potest haberi sacerdos cuilibet licitum est baptizare etiam layco<sup>1620</sup>, et si obseruat ad necessitatem sacramenti requisita vere baptizat. Item de consecratione distinctione 4<sup>ta</sup> capitulo primo mulier dicitur : mulier, quamuis docta aut sancta, in conuentu docere aut aliquos baptizare non praesumat, nisi necessitate magna vrgente. Item Nicolaus Papa determinat non esse rebaptizandi<sup>1621</sup>, qui a Iudeis aut paganis in nomine sanctae Trinitatis sunt baptizati. Igitur Iudei et pagani vere baptizarent forma Ecclesiae obseruata, igitur a forciori fideles laici. Item aqua absque omni sanctificatione est materia baptismi, et ita homo sine omni ordine - ut sunt laici - ymo<sup>1622</sup> sine sacramentali sanctificatione, vt sunt infideles non baptizati est baptismi minister quantum ad necessitatem sacramenti. 3<sup>a</sup> conclusio, congruum est baptismum conferri ab homine viatori et inter congruum extra articulum necessitatis solo sacerdotes baptizare. Prima pars patet

f. 76 va

primo, quia Christus, qui instituit baptismum<sup>1623</sup>, homo fuit. Secundo quia in sacramento est aliquod sensibile et aliquod spirituale<sup>1624</sup> et percommunis magis congruit ministro vtenti sensu et intellectu quam pure intellectuali. 3<sup>o</sup>, quod per baptismum adscribitur<sup>1625</sup> homo ut membrum Ecclesiae militanti, igitur congruum est hoc per aliquod fieri qui est misericordia, Ecclesia adhuc militante. Secunda pars patet ex canone distinctio 23 : « Dyacones » et de consecratione distinctio 4<sup>ta</sup> constat vbi dicitur : « Constat baptismum solis sacerdotibus esse traditum eisque ministerium explere, nec

---

<sup>1618</sup> Baptisat ms.  
<sup>1619</sup> Iminente ms.  
<sup>1620</sup> Layco ms.  
<sup>1621</sup> Baptisandus ms.  
<sup>1622</sup> Sic!  
<sup>1623</sup> Baptismus ms.  
<sup>1624</sup> Spuale ms.  
<sup>1625</sup> Asscribitur ms.

ipsis dyaconis est licitum absque Episcopo et praesbitero ». Ex quo patet quod solum praesbyteris congruit baptizare ex officio et quod aly<sup>1626</sup> peccant contra Ecclesiae praeceptum si baptizant extra necessitatis articulum. Item per baptismum recipitur baptizatus in collegium Ecclesiae militantis. Recepcio autem alicuius in collegium pertinet ad praesidentem et habentem auctoritatem<sup>1627</sup> in collegio et ideo, quanto aliquis haberet maiorem auctoritatem<sup>1628</sup> in Ecclesia, tanto magis pertinet ad eum recipere ad Ecclesiam et per constans baptizare. Vnde magis competent Episcopo quam simplici sacerdoti, si sufficere possunt Episcopi ; sed propter paucitatem Episcoporum et pluralitatem baptizandorum<sup>1629</sup> regulariter conceditur omnibus sacerdotibus respectu subditorum suorum.

f. 76 vb

4<sup>ta</sup> conclusio : sacerdos imminente necessitatis articulo licite potest baptizare parrochianum<sup>1630</sup> non suum, ymo<sup>1631</sup> tempore necessitatis quilibet tenetur ad baptisandum ipsum necessitatum. Patet quia in necessitate quilibet viator potest baptizare, igitur a forciori potest et tenetur in necessitate quilibet sacerdos baptizare eciam non parrochianum. Confirmatur : quilibet tenetur proximo in articulo necessitatis que, quo ad periculum corporis succurrere, igitur multo magis quilibet tenetur succurrere proximo suo quo ad periculum animae, cum est in extrema necessitate et percommunis etiam alienum parrochianum<sup>1632</sup>, tenetur sacerdos in necessitate baptizare ne sine baptismo decedat et dampnetur. Ad auctoritatem<sup>1633</sup> <sup>1634</sup> Ysidori<sup>1635</sup>, qui<sup>1636</sup> vult quod officium baptizandi solis sacerdotibus est commissum et quod solis sacerdotibus extra casum necessitatibus licitum est baptizare, nichilominus tamen, si attemptant non sacerdotes et obseruant debitam formam et materiam et intentionem, vere baptizant. Licet peccent contra Ecclesiae prohibicionem, in causa tamen necessitatis et cum ad proprium sacerdotem perveniri non potest cuilibet licitum est baptizare. Secundo quaeritur vtrum puer possit in vtero matris baptizari. Arguitur quod sic, quia donum Dei perfectius quam peccatum Ade,

f. 77 ra

ut patet *Ad Romanos* 5°. Paruulus autem in vtero matris potest infici peccato Ade, igitur potest perfici a dono Dei et sic recipere sacramentum perfectissimum, scilicet baptismum. Item si non posset in

---

<sup>1626</sup> Aly ms.  
<sup>1627</sup> Auctoritatem ms.  
<sup>1628</sup> Auctoritatem ms.  
<sup>1629</sup> Baptisandorum ms.  
<sup>1630</sup> Parochianum ms.  
<sup>1631</sup> Sic!  
<sup>1632</sup> Parochianum ms.  
<sup>1633</sup> Auctoritatem ms.  
<sup>1634</sup> Auctoritatem ms.  
<sup>1635</sup> Sic!  
<sup>1636</sup> Quod ms.

vtero baptizari, tunc in causa deberet mater scindi et puer extradi, et sic baptizari ut liberaretur ab eterna dampnacione: de duobus enim malis minus malum est eligendum, sed minus malum est mors corporalis matris quam mors eterna pueri. Hoc autem videtur falsum et crudele, igitur videtur quod potius puer possit in vtero baptisar<sup>1637</sup>. In oppositum arguitur per illud apostoli *Prime ad Corinthi<os>*<sup>1638</sup> : NON PRAEVIUS QUOD SPIRITUALE, SED QUOD ANIMALE ET DEINDE QUOD SPIRITUALE EST. Igitur oportet puerum primo ex matre nasci carnaliter in mundum et posterius renasci spiritualiter per baptismum. Respondendo 2<sup>m</sup> S<anctum> T<homam> et Scotum dicitur primo quod, si puer 2<sup>m</sup> omnes partes est adhuc in vtero matris, tunc non potest baptizari quia non potest abluere - que tamen ablucio uel locio in aqua est baptismus - : paruulus enim sic totaliter in vtero existens non potest tangi immediate<sup>1639</sup> ab aqua, etcetera nec abluere igitur, nec baptizari. Patet hec etiam per auctoritatem<sup>1640</sup> apostoli<sup>1641</sup> in oppositum allegatam, patet etiam per Ysidorum

f. 77 rb

in *De summo bono* dicentem : “Qui natus non est 2<sup>m</sup> Adam renasci non potest per baptismum”. Et Augustinus dicit: “Qui non vixit non potest mori”. Ita quia natus non fuit, non potest renasci ; ex hoc infert Scotus quod si paruulus involuetur coreo et ita poneretur in aquam, quod ipsa aqua non tangeret corpus paruuli, ipse non esset baptizatus. Secundo dicitur 2<sup>m</sup> praedictos doctores quod, si puer 2<sup>m</sup> partem principalem et 2<sup>m</sup> caput est extra vterum et timetur periculum mortis ante totalem egressionem, tunc potest baptizari in illa parte et est simpliciter baptizatus. Non enim est<sup>1642</sup> verisimile quod in die Penthecostes, quando baptizabantur tria milia Actuum 2<sup>o</sup>, quod quilibet quantum ad (in mg.: totum) corpus suum lauaretur aqua et lauabantur praecise quantum ad faciem aspergendo, uel quantum ad caput fundendo et in illa<sup>1643</sup> causa, si puer postea nasceretur totus et viuus non esset rebaptizandus, quia vere baptizatus es. Sed dicitur quomodo debet nominari paruulus talis in baptizando, cum non sit certum an sit masculus uel femella. Dicit Hostiensis quod tunc nominetur congrue 'creatura Dei'. Et ergo obstetrix<sup>1644</sup>, ut dicit ille doctor, volens talem paruulum baptizare liniendo caput paruuli, cum aqua faciat crucem super caput paruuli et simul dicat : - Creatura<sup>1645</sup> Dei, ego te baptizo in nomine

---

1637      Baptisari ms.  
1638      Corinti ms.  
1639      Inmediate ms.  
1640      Autoritatem ms.  
1641      Appostoli ms.  
1642      Et ms.  
1643      Illo ms.  
1644      Obstitrix ms.  
1645      Creatura ms.

Patris et Filij<sup>1646</sup> et Spiritus sancti, Amen”. Et si paruulus uiuus egredietur, portetur ad sacerdotem qui querat

f. 77 va

quomodo et qualiter factum sit 2<sup>m</sup> quod audit factum esse. 2<sup>m</sup> hoc suppleat quod obmissum est et imponat, scilicet nomen uel episcopus in confirmacione. 3<sup>o</sup> dicitur 2<sup>m</sup> praedictos doctores quod si extra vterum egressa esset pars minus principalis pueri, uel manus, uel pes, etcetera, et timetur periculum mortis, illa est baptizandi quia in illa est tota anima, licet non omnis sensus sicut in capite. Et sperandum est quod diuina misericordia suppleat illud quod impotencia impediabat et quod illud acceptet pro toto baptismo. Et vero, si paruulus sic moriatur maxime cum, ut dictum, anima ita est vere totalis manu aut pede, ymo<sup>1647</sup> in qualibet parte corporis sicut est capite aut etiam in toto corpore, et si postea uiuus nasceretur et totaliter ex vtero non esset simpliciter et absolute baptizandus ne forte fieret sacramento iniuria, nec esset absolute non baptizandus ne forte dampnaretur si baptismus partis numerus principalis non sufficeret. Et ita ex quo est dubitandum an sit vere baptizatum an non est ad maiorem cautelam, ymo<sup>1648</sup> ad omnem securitatem sub condicione baptizandus 2<sup>m</sup> formam que ponitur extra de baptismo et eius effectum, ut dicatur : « Si es baptizatus<sup>1649</sup> ego te non baptizo<sup>1650</sup> », sed : « Si non est baptizatus<sup>1651</sup> ego te baptizo<sup>1652</sup> in nomine Patris et Filij<sup>1653</sup> et Spiritus sancti ». Talis etiam puer quo 2<sup>m</sup> partem minus principalem baptizatus est, si postea egreditur mortuus de

f. 77 vb

vtero ut non potuit totaliter 2<sup>m</sup> modum iam dictum sub condicione baptizari<sup>1654</sup>, debet sepeliri in terra benedicta, ut dicit Scotus et patet ratio ex dictis. Ad primum ante oppositum dicit Scotus quod Deus per suum donum potest iustificare paruulum non natum sicut fecit Hieremie<sup>1655</sup>, Iohanni baptiste et matri Domini, sed non per istud sacramentum<sup>1656</sup>, quia dum est in vtero totaliter, tunc non est capax huius sacramenti, ut patet ex dictis. Ad 2<sup>m</sup> dicitur quod sine dubio, matre viuente, ipsa numquam scindenda est, quia NON SUNT FACIENDA MALA UT INDE EVENIANT BONA (*Ad Romanos 3<sup>o</sup>*), esset autem malum, quia homicidium, scindere mater enim cum adhuc viua est, et ideo homo potius debet

---

1646

Sic!

1647

Sic!

1648

Sic!

1649

Baptisatus ms.

1650

Baptiso ms.

1651

Baptisatus ms.

1652

Baptiso ms.

1653

Sic!

1654

Baptisari ms.

1655

Ieremie ms.

1656

Sacramentum emend. ms.

permittere perire infantem quam quod ipse pereat peccatum homicidy<sup>1657</sup> in matrem committens. Ita dicit S<anctus> T<homas> : si vero mater moriatur ante partum et fetus credatur viuere, tunc licite potest scindi mater ut appareat caput ipsius fetus quod abluendum est 2<sup>m</sup> modum praeuius dictum, et est vere baptizatus<sup>1658</sup> fetus. Est dubium vtrum quis debeat ministrare baptismum quando praesumitur ipsum vergere in periculum vite corporalis eius qui suscipit. Respondet Scotus distingwendo<sup>1659</sup> quia aut talis praesumpcio est certa, et ex certis signis : utpute si quis non habens aquam quam attingere posset nisi alium, scilicet ipsum baptizandum<sup>1660</sup> propellat in fluuium

f. 78 ra

uel in<sup>1661</sup> puteum. Hic est certum, quod quantum est ex ratione talis actus nata est sequi mors, scilicet ipsa submersio. Quando ergo sic praesumitur mors, tunc nullo modo debet propellere eum uel proicere deorsum, quia mortaliter peccaret occidendo eum et quilibet tenetur magis vitare peccatum mortale in seipso quam querere salutem proximi. Ordinata caritas est magis ad seipsam ; dicitur etiam quod talis sic proiectus deorsum ad aquam cum tali periculo non esset baptizatus, quia baptismus est ablucio ordinata ad vitam ipsius abluti. Sed ablucio talis, seu immersio<sup>1662</sup>, non esset ordinata ad vitam eius nec esset proprie immersio<sup>1663</sup> dicenda, sed submersio esset. Ergo in tali causa aliquis pannus submittendus in puteum uel fluuium si non haberet vas in quo posset aqua hauriri et de illo panno esset aqua exprimenda qua baptizaretur talis. Si autem praesumpcio de hac celebracione mortis ipsius baptizandi et haec per baptismum non sit certa, sed leuis et forte irrationabilis, utpute si paruulus uel etiam adultus est constitutus in articulo mortis propter infirmitatem, et aliquis crederet mortem eius accelerare per baptismum et propter aquae superfusionem,

f. 78 rb

dicit Scotus quod habens conscienciam talem de acceleracione mortis talis infirmi per baptisacionem eius, ille habet conscienciam erroneam que, si nullus alius adsit<sup>1664</sup> qui baptizet<sup>1665</sup>, facit eum perplexum. Nullus est enim ex lege diuina perplexus, sed potest in causa esse perplexus in consciencia sua erronea. Quod autem talis sit ex sua erronea consciencia perplexus inter duo peccata mortalia,

---

<sup>1657</sup> Sic!  
<sup>1658</sup> Baptisatus ms.  
<sup>1659</sup> Sic!  
<sup>1660</sup> Baptisandum ms.  
<sup>1661</sup> Im ms.  
<sup>1662</sup> Inmersio ms.  
<sup>1663</sup> Inmersio ms.  
<sup>1664</sup> Assit ms.  
<sup>1665</sup> Baptiset ms.

patet quia si infirmus decedit sine baptismo, dampnabitur - igitur si nullus alius adsit<sup>1666</sup> qui eum baptizet<sup>1667</sup>, ille tenetur eum de salutis necessitate baptizare<sup>1668</sup> ne dampnetur -. Magis enim tenetur diligere vitam eius sempiternam quam eius temporalem, cum ergo peccaret non soluendo in casu vitam eius corporalem, puta cum permetteret eum submergi nolendo sibi porrigere manum ad extrahendum fluuio. Cum posset, multo magis peccaret mortaliter, permittendo illum dampnari propter defectum baptismi. Si autem ille, stante tali consciencia de accelerando mortem eius, baptizet eum, iterum peccat mortaliter, quia 2<sup>m</sup> suam conscienciam facit homicidium in voluntate et coram Deo : credit enim se per baptismum illum occidere et nichilominus baptizat<sup>1669</sup> eum. Quid ergo in illo casu est faciendum ? Respondetur quod deponenda est consciencia eo, quod est erronea quia in casu illo

f. 78 va

nullum aliud remedium est vitandi peccatum mortale si saltem nullus alius adest qui baptizare<sup>1670</sup> velit et possit. Apparet eciam satis rationabiliter quod illa praesumptio sit friuola, fatua et irrationabilis<sup>1671</sup>, quia non multum noceret etiam grauius infirmo patrum aspergi aut liniri aqua in capite et forte si frigida noceret, quia paruuli tenerimi<sup>1672</sup> pro remedio balneantur aqua tepida. Sed queritur an baptizans<sup>1673</sup> in tali causa et cum illa sciencia et erronea esset regularis, si postea mors sequeretur<sup>1674</sup> ipsius baptizati. Respondet Scotus quod non est regularis quia nulla lex ecclesiastica quantum ad illud reddit irregularem nisi uere homicidam. Ille autem 2<sup>m</sup> veritatem non est homicida eo, quod illa baptisacio ipsum in nullo lesit, nec mortem eius in veritate accellerauit. Tamen post mortem baptizati, stante illa consciencia, tenetur se habere pro regulari quia habet se pro homicida, sed cessante uel amota illa consciencia erronea non oportet eum dispensationem querere, quia numquam fuit irregularis. Aliud dubium pono quod quis habens puerum in articulo mortis existentem et stet super altum puteum et non habeat vas aptum in quo posset haurire aquam, habet tamen cribrum, uel aliud simile ponit. Ergo paruulum in cribrum uel dimittit eum in corda deorsum in puteum et immittendo<sup>1675</sup>

---

<sup>1666</sup> Assit ms.  
<sup>1667</sup> Baptiset ms.  
<sup>1668</sup> Baptisare ms.  
<sup>1669</sup> Baptisat ms.  
<sup>1670</sup> Baptisare ms.  
<sup>1671</sup> Iracionabilis ms.  
<sup>1672</sup> Tenerimi ms.  
<sup>1673</sup> Baptisans ms.  
<sup>1674</sup> Sequaeretur ms.  
<sup>1675</sup> Inmittendo ms.

f. 78 vb

ad aquam dicit debitam formam et habet debitam intencionem. Queritur vtrum talis sic vere baptizetur et videtur quod non, quia nullus eum attingit immediate<sup>1676</sup>, nec tangit aliquis intingendo ad aquam. Respondetur quod vere baptizatus<sup>1677</sup> est, quia ibi omnia obseruantur que sunt de necessitate baptismi, nec oportet quod cum intingitur in aquam, quod tunc immediate<sup>1678</sup> tangatur ab aliquo. Apostoli enim in die Penthecostes baptizauerunt<sup>1679</sup> multos uerisimiliter aspergendo simul plures et non fuerunt omnibus immediati<sup>1680</sup>. Cum autem talis casus occurreret posset leuius fieri, scilicet quod - ut praeuius dictum est - pannus uel funis mitteretur in puteum et de illo possit aqua exprimi super caput pueri cum prolacione forme debite et cum debita intencione. Aliud dubium : quid sit faciendum de puero exposito ? Respondetur quod, si inueniuntur in eo certa signa, quod non sit baptizatus sicut muliercule huiusmodi pueros exponentes - solent aliquando puero apponere sal uel<sup>1681</sup> vestem illam candidam, qua puer post baptismum induendus est quemadmodum sit cum pueris deportandum ad baptismum - tunc absque hesitatione baptizandus est puer absolute. Si autem non inueniuntur talia signa cum paruulo, nec possint haberi testimonia fide digna quod baptizatus<sup>1682</sup> sit, tunc baptizandus<sup>1683</sup> est. **Incius** tamen est quod baptizetur<sup>1684</sup> sub forma condicionali, de qua loquitur

f. 79 ra

decretalis de baptismo et eius effectu, de quibus dubium est. De illo causa loquitur Leo papa de consecracione distincione 4<sup>a</sup>, de quibus inquit<sup>1685</sup> : nulla existunt iudicia inter propinquos et vicinos quibus fuisse baptizati<sup>1686</sup> doceantur. Agendum est ut renascantur ne pereant, in quibus quod non ostenditur gestum ratio non sinit, ut videatur iteratum. Tercio queritur vtrum ad vnitatem baptismi requiratur vnitas ministri ; arguitur quod non, quia vnus potest simul plures baptizare<sup>1687</sup>, igitur pari racione plures vnum. Antecedens probatur quia vnus potest simul perfundere plures et dicere : - « Ego baptizo<sup>1688</sup> uos », etcetera. Nec videtur ibi aliquod deesse quando vterque sit baptizatus. In oppositum est quod ibi minister repraesentat Christum quia est vnum caput Ecclesiae et vnus mediator Dei et

---

<sup>1676</sup> Inmediqte ms.  
<sup>1677</sup> Baptisatus ms.  
<sup>1678</sup> Inmediate ms.  
<sup>1679</sup> Baptisauerunt ms.  
<sup>1680</sup> Inmediati ms.  
<sup>1681</sup> VI ms.  
<sup>1682</sup> Baptisatus ms.  
<sup>1683</sup> Baptisandus ms.  
<sup>1684</sup> Baptisetur ms.  
<sup>1685</sup> Inquid ms.  
<sup>1686</sup> Baptisati ms.  
<sup>1687</sup> Baptisare ms.  
<sup>1688</sup> Baptiso ms.

homini. Pro responsione ad questionem sunt mouenda et soluenda 4<sup>or</sup> media. Primum est posito quod duo vnum baptizent<sup>1689</sup> ita quod neuter totum faciet, sed vnus vnum et alter aliud et vnus immergat<sup>1690</sup> et alter profert verba an talis sit baptizatus. 2<sup>m</sup> Scotum et Bonauenturam respondetur quod talis non est baptizatus<sup>1691</sup>, sed est rebaptizandus<sup>1692</sup> et ratio illius - ut dicit Scotus - est in-

f. 79 rb

-stitutio Dei, quia sicut voluit esse vnum principale agens interius mundans, ita voluit habere vnum ministrum in collatione integra. Item ille qui verba profert, scilicet se abluere, cum dicit : “Ego te baptizo<sup>1693</sup>” et tamen non abluit, cum - ut positum est - in causa solum dicat : - Verba non debet autem omnino esse falsa forma sacramentorum. Ex quo patet quod, si duo vnus mutus et alter mancus, quorum vnus fit mutus immergat<sup>1694</sup>, et alter<sup>1695</sup>, scilicet mancus, proferat verba non est baptismus, quia sacramenta Ecclesiae sunt sacramenta vnitatis et in eis non debent diuidi que sunt de substantia sacramenti, licet possent diuidi ea que sunt de sacramenti solempnitate. Et ergo, si quis in consecratione Ewcaristiae<sup>1696</sup> infirmitate praeuentus dixisset : - “Hoc est”, alius non deberet prosequi dicendo : “corpus meum”, sed debet dicere totam formam. Sic in praesenti non diuidi potest hoc sacramentum, quod ea que de eius substantia fiant **ad m???**s ministris respectu vnus baptizandi<sup>1697</sup>. Secundum dubium : posito quod duo simul baptizent<sup>1698</sup>, vnum sic quod vterque totum faciat, quia vterque immergit<sup>1699</sup> et vterque profert debita verba cum debita intencione, an talis sit baptizatus<sup>1700</sup> ? Respondent Scotus et Bonauentura quod sic, quia vnus faciens non annullat<sup>1701</sup> factum alterius, sed si tantum vnus eorum faceret quod facit, factum esset et esset vere baptismus. Igitur nichilominus factum

f. 79 va

---

1689 Baptisent ms.  
1690 Inmergat ms.  
1691 Baptisatus ms.  
1692 Rebaptisandus ms.  
1693 Baptiso ms.  
1694 Inmergat ms.  
1695 Aliter ms.  
1696 Sic!  
1697 Baptisandi ms.  
1698 Baptisent ms.  
1699 Inmergit ms.  
1700 Baptisatus ms.  
1701 Annullat ms.

est alio similiter facienti. Accio etiam et effectus agentis non impeditur nisi a resistente contrario<sup>1702</sup>, sed non a<sup>1703</sup> simili, isti autem similiter agunt et non contrarie ad baptismum. Talis ergo esset baptizatus - et solum semel baptizatus<sup>1704</sup> - et licet si alter baptizantium<sup>1705</sup> non concurretur alterius baptismus, sufficeret tamen, quia Deus instituit quod vnusquisque recipiens totalem baptismum vere sit baptizatus<sup>1706</sup>. Ille autem ab utroque<sup>1707</sup> talem recipit, quia simul in aquam mergunt et verba dicunt, et sic Deus amborum baptismum acceptat pro vno. Tercium dubium : posito quod aliquis plures simul aspergat, uel perfundat aut immergat<sup>1708</sup> et simul proferat formam impleri<sup>1709</sup> dicendo : « Ego baptizo<sup>1710</sup> vobis », etcetera, an tales sint baptizati<sup>1711</sup> ? Respondent Bonauentura et Scotus : et sic ymmo<sup>1712</sup> quilibet esset vere baptizatus<sup>1713</sup>. Addit tamen Scotus quod, sic faciens, peccat mortaliter eo, quod non seruat formam, scilicet impositam ab Ecclesia, nisi forte esset tanta necessitas quod immineret mors omnium statim. Aut, si singulos baptizaret<sup>1714</sup> sigillatim, aliquis eorum moreretur antequam alios baptizasset<sup>1715</sup>. Quod autem talis casus necessitatis de pluribus morituris excusaret ministrum vtentem<sup>1716</sup> illa forma impleri<sup>1717</sup>, scilicet : “Ego baptizo<sup>1718</sup> vos”, videtur rationabile quia ex quo in potestate Ecclesiae fuit determinare istam formam quo ad ista verba : « Ego bap-

f. 79 vb

-tizo<sup>1719</sup> te”, sicut supra dictum fuit distinctione 3<sup>a</sup>. Non videtur quod voluerit aliquem ita praecise ad istam formam artare quod per hoc alicui praeclauderetur via salutis, nunc autem in causa necessitatis alicui ipsorum praecluderetur salus si non posset aliquis sine peccato mortali vti illa forma : - “Baptizo<sup>1720</sup> vos”. Nam si in quocumque causa esset peccatum vti ea tunc nullus cum illa forma deberet baptizare<sup>1721</sup> illos sic necessitatos<sup>1722</sup> : nullus enim debet salutem alterius curare peccando in

---

1702 Contrario emend. ms.  
1703 A add. ms.  
1704 Baptisatus ms.  
1705 Baptisantium ms.  
1706 Baptisatus ms.  
1707 Utroque to ms.  
1708 Immergat ms.  
1709 Impleri ms.  
1710 Baptiso ms.  
1711 Baptisati ms.  
1712 Sic!  
1713 Baptisatus ms.  
1714 Baptisaret ms.  
1715 Baptissasset ms.  
1716 Vtntem emend. ms.  
1717 Impleri ms.  
1718 Baptiso ms.  
1719 Baptiso ms.  
1720 Baptiso ms.  
1721 Baptisare ms.  
1722 Necessitatitatos ms.

se mortaliter. Quartum dubium : posito quod sit monstrum aliquod tale quod appareret esse duo homines, queritur quomodo illud debeat baptizari<sup>1723</sup>. Respondet Scotus quod, si tempus haberi potest ad distinguendum an monstrum sit simpliciter vna persona an sit due, tunc de hoc debet haberi diligens inquisicio antequam baptizetur<sup>1724</sup>. Potest autem - ut dicit Scotus - inquisicio haberi uel ex parte corporis, uel si sint duo capita, uel due spine dorsi, uel principaliter iudicium esset de cordibus. Sed illud non potest esse faciliter evidens dum uiuit, sed nec signum de duobus capitibus esset omnino certum, ut declarat Scotus ex possibili dispositione matricis. Subdit dicens quod euidentissimum signum discernendi est pactum intellectus et voluntatis : si enim ibi sunt due animae, non est necesse vnam scire quod scit alia nec velle quod vult alia. Et si aliquo modo posset deprehendi diuersitas intellectuum

f. 80 ra

intelligendo, puta per aliquod signum deprehenderetur idem sciri et nesciri, uel posset deprehendi diuersitas voluntatum, puta quod esset ibi velle et nolle de eodem. Absque dubitatione tenendum esset ibi duas esse animas, sed illa non potest iudicari nisi de monstro adulto quale ponitur fuisse in Francia - ut dicit Scotus - habens duo capita quorum vnum expraessit velle de eo, de quo aliud expraessit nolle : vnum enim voluit contineri et sobrie viuere et aliud voluit lasciuie viuere et epulari, et cum vnum per os suum excederet, reliquum clamabat se grauari. Consequenter dicit Scotus quod, habita diligente inquisitione, si certitudo haberi potest quod monstrum est due persone et quod habet duas animas et sint partes de quibus patet quod pertinent ad distinctas personas, et debet separatim perfundi illa pars et illa cum iteratione forme in singulari super vtrumque. Sed si certitudo haberi non potest an sint due persone an solum vna, baptizandum<sup>1725</sup> est saltem in illis partibus qui<sup>1726</sup> principaliter pertinent ad vnum cum formali in singulari. Secundo abluende sunt alie partes que non videntur principaliter pertinere ad illum primum et cum forma illa condicionali quae in illis seruanda est. De quibus est dubium quae ponitur extra de baptismo et eius effectu capitulo, de quibus

f. 80 rb

---

<sup>1723</sup> Baptisari ms.  
<sup>1724</sup> Baptisetur ms.  
<sup>1725</sup> Baptisandum ms.  
<sup>1726</sup> Qui om. ms.

quarto queritur vtrum oporteat baptizantem<sup>1727</sup> personaliter distingwi<sup>1728</sup> a baptizando<sup>1729</sup> uel baptizato<sup>1730</sup>. Arguitur quod non, quia sacerdos potest scilicet ipsi dare sacramentum Eucaristiae in missa ; igitur etiam potest scilicet ipsi dare baptismum pari ratione, igitur et<sup>1731</sup> quilibet alius, scilicet ipsi, potest dare baptismum et<sup>1732</sup> seipsum baptizare<sup>1733</sup>. In oppositum est decretalis extra de baptismo et eius effectu debitum. Dicit Scotus quod illa quaestio soluitur in praeallegato capitulo ‘debitum’, namque 2<sup>m</sup> idem capitulum nullus potest seipsum baptizare, sed oportet inter baptizantem<sup>1734</sup> et baptizatum uel baptizandum esse personalem distinctionem. Et ad probandum hoc introducitur ibidem figura, auctoritas<sup>1735</sup> et ratio congrua. Figura est quod ad hoc designandum Christus Dominus non a se, sed a Iohanne voluit baptizari<sup>1736</sup>. Auctoritas<sup>1737</sup> autem Domini ex verbis colligitur dicentis apostolis : ITE, BAPTIZATE OMNES GENTES IN NOMINE PATRIS ET FILII ET SPIRITUS SANCTI, vbi discipulos baptizantes<sup>1738</sup> exprimit in vna persona et baptizandos<sup>1739</sup> exprimit in alia ratio est, quia ibi contrahitur cognacio spiritualis qua baptizans<sup>1740</sup> efficitur pater spiritualis ipsius baptizati. Nullus autem potest esse principaliter sui ipsius : sicut ergo in corporali generatione alius est qui gignit<sup>1741</sup> et alius est qui gignitur<sup>1742</sup>, sic in sacramentali generatione alius debet

f. 80 va

esse qui generat spiritualiter et alius qui generatur spiritualiter, id est alius debet esse qui baptizat<sup>1743</sup> et alius qui baptizatur<sup>1744</sup>. Ad argumentum ante oppositum dicitur quod sumptio Eucaristiae<sup>1745</sup> non est sacramentum - ut dicitur in suo loco - sed est commestio seu<sup>1746</sup> perceptio sacramentalis. Ipse autem baptismus est sacramentum, et ideo non est simile. Diceret aliquis : sacerdos potest salubriter ministrare, scilicet ipsi Eucaristiae<sup>1747</sup> sacramentum, igitur pari ratione potest sibi ipsi amministrare

---

1727 Baptizantem ms.  
1728 Sic!  
1729 Baptizando ms.  
1730 Baptisato ms.  
1731 Et add. ms.  
1732 Etc ms.  
1733 Baptizare ms.  
1734 Baptizantem ms.  
1735 Auctoritas ms.  
1736 Baptisari ms.  
1737 Auctoritas ms.  
1738 Baptizantes ms.  
1739 Baptizandos ms.  
1740 Baptizans ms.  
1741 Gignit ms.  
1742 Gignitur ms.  
1743 Baptizat ms.  
1744 Baptizatur ms.  
1745 Sic!  
1746 Sic!  
1747 Sic!

sacramentum baptismi, uel detur causa diuersitatis. Respondetur quod ministratio Eucaristiae<sup>1748</sup> non est sacramentum. Nam sacramentum Eucaristiae<sup>1749</sup> non consistit in usu eius, ministratio autem baptismi est ipsum sacramentum baptismi, quia tinccio actualis. Et 2<sup>m</sup> hoc est ratio diuersitatis, quia sacramentum baptismi consistit essentialiter in usu Eucaristiae<sup>1750</sup>, autem est quoddam permanens aliud ab usu eius. Si ergo aliquis in usu sacramenti permanentis et in Eucaristiae<sup>1751</sup> sacramento potest esse minister et suscipiens, non potest tamen hoc esse in sacramento, quod essentialiter consistit in usu, ut est baptismus igitur, etcetera. Ex hys<sup>1752</sup> patet ad argumentum : non enim est simile, ad hoc etiam faciunt rationes adducte in questione. Quinto queritur vtrum ad veritatem baptismi requiratur quod simul fiant ablucio et verborum prolacio. Arguitur quod non, quia Eucaristia<sup>1753</sup> est vnum sacramentum,

f. 80 vb

et tamen inter verba consecracionis super vnum est magna interposicio, quia ab illo loco simili modo vsque ibi hic est. In oppositum est Augustini *Super Iohannem* omne, et ponitur prima questione primo capitulo : ‘Detrahi’. Dicit enim : “Accedit verbum ad elementum et fit sacramentum”. Igitur requiritur eorum simultas. Respondet Scotus quod requiritur verbi et ablucionis aliqua simultas, ut clare docent praedicta verba Augustini. Et ratio principalis 2<sup>m</sup> Scotum est institutio Christi instituentis hec duo tamquam vnum signum completum ad significandum effectum et causandum ministerialiter. Et neutrum est signum sine alio, sed est dubium qualis illorum simultas requiratur ad baptismum. Notandum quod **Opatius** super illud capitulum ‘Detrahi’ recitat opinionem quorundam dicentium quod aqua per se non est sacramentum, sed quando coniuncta est verbo vltima prolacione forme et - ut dicit Glozator<sup>1754</sup> - habet 2<sup>m</sup> eos verbum, est in tantum quod si in aliquo instanti in quo forma terminatur et aqua fit sacramentum puer non esset in aqua, sed parum antequam dixisset et Spiritus sancti eum eleuasset de aqua non esset baptizatus. Sed contra illud arguitur : apostoli baptizabant<sup>1755</sup> vno die tria milia, ut habetur Luce 2<sup>o</sup>: baptizabant<sup>1756</sup> verisimiliter non immergendo<sup>1757</sup>, sed

---

1748 Sic!  
 1749 Sic!  
 1750 Sic!  
 1751 Sic!  
 1752 Sic!  
 1753 Sic!  
 1754 Glozator ms.  
 1755 Baptisante ms.  
 1756 Baptisabant ms.  
 1757 Immergendo ms.

aspergendo, sicut et mos ille adhuc seruari posset vbi est consuetudo<sup>1758</sup> sic baptizare. Et seruari debet vbi est necessitas aut propter

f. 81 ra

infirmiorem baptizantis<sup>1759</sup> quia manus eius sunt debiles, uel quia rudis et timetur ne puerum ledat, uel propter debilitatem et potenciam nati, utpote si non esset totus natus, uel propter penuriam elementi, ut si sit modicum de aqua. Et cum apostoli sic baptizabant, non semper cum vltima sillaba forme aspergebant ita quod tunc tetigerit aqua baptizatum. Item, quare potius in prolacione vltime sillabe requiretur contactus aque et corporis quam in prolacione cuiuscumque praecedentis, non videtur causa nisi dicatur quod oporteat puerum per totum tempus prolacionis verborum esse in aqua. Quod non est verum, ut patet manifeste in baptismo per aspersionem, quemadmodum apostoli multitudinem baptizauerunt<sup>1760</sup>. Vel, si dicatur quod ideo, quia in vltimo instanti prolacionis verborum est in aqua quedam virtus illius sacramenti que non remanet post actum baptizandi<sup>1761</sup>, nec est ibi ante completam verborum prolacionem. Contra hoc est praecedens argumentum de baptismo per aspersionem et eciam : uel illa virtus durat per tempus, uel per instans solum. Si per tempus, tunc non simul incipit esse et desinit esse, ut tamen ipsi dicunt, si vero per instans solum durat, tunc 2<sup>m</sup> eos non sit illa virtus ante completam prolacionem verborum, et non sit dare vltimum instans prolacionis quia est res successiua. Oportet

f. 81 rb

quod illa virtus sit praecise in primo instanti non esse prolacionis verborum, tunc si puer esset in contactu aque adequate per tempus prolacionis verborum non esset baptizatus<sup>1762</sup>, et tamen fuisset ibi debita materia et forma igitur, etcetera. Dicitur ergo 2<sup>m</sup> Scotum quod talis ibi requiritur simultas qualis in actibus humanis : noluit enim Christus nos obligare ad tam subtilem simultatem quam vix homo posset percipere uel seruare. Iudicatur autem simultas inter factum hominis et verbum quando incipit vnum ante quam finiuerit aliud, et hoc indifferenter siue praeuius hoc fuerit quam aliud<sup>1763</sup> inceperit, uel econuerso verbi gratia. Si quis dixerit hanc oracionem, faciet<sup>1764</sup> hoc et fricet barbam ante inpcionem prolacionis, siue econuerso incipiet prolacionem ante inpcionem actus, dummodo vnum non finiatur complete et totaliter ante alterius inpcionem, dicetur : - Ille simul dixit hoc, et

---

1758

Sic!

1759

Baptizantis ms.

1760

Baptizauerunt ms.

1761

Baptizandi ms.

1762

Baptizatus ms.

1763

Et hoc indifferenter siue praeuius hoc fuerit quam aliud *it.* ms.

1764

Fac ms.

fecit illud - . Ita in proposito dicit Scotus siue sacerdos praeuius immergat<sup>1765</sup> vna immersione<sup>1766</sup> - vbi mos terre est ter immergere<sup>1767</sup> et postea incipiat verba cum secunda immersione<sup>1768</sup> - siue praeuius incipiat verba et dicto : “Ego te baptizo<sup>1769</sup>” immergat<sup>1770</sup> cum verbis sequentibus sufficiens est simultas, dum tamen prolacio non finiatur ante inceptionem ablucionis, nec ablucio finiatur ante inceptionem prolacionis.

f. 81 va

Ad argumentum ante oppositum dicitur quod in Eucaristia<sup>1771</sup> non est talis vnitas inter species panis et vini qualis est in sacramento baptismi. Ille enim non sunt tales partes quod neutra significet sine altera : vere enim species panis continet corpus Christi ante consecracionem sangwinis<sup>1772</sup>, sed in baptismo verba nichil sunt<sup>1773</sup> sine ipsius baptismi ablucione, nec econuerso. Sexto queritur vtrum in baptizante<sup>1774</sup> requiritur intentio. Arguitur quod non, quia instrumentum non habet intentionem, ut patet de securi, minister autem, scilicet baptizans, non mundat ipsum baptizatum<sup>1775</sup> nisi ut instrumentum extrinsecum et Deus solus mundat interius immediate<sup>1776</sup> igitur, etcetera. Secundo : verba et elementum aque sola sunt de essencia baptismi, igitur non requiritur intencio. Tercio : infidelis potest baptizare<sup>1777</sup>, ut dictum fuit, et tamen infidelis non intendit, ut videtur : nullus enim intendit aut vult fieri quod non credit posse fieri igitur, etcetera. Quarto, 2<sup>m</sup> Augustinum ebriosus potest baptizare et tamen talis non potest habere intencionem cum tunc non vtatur ratione igitur, etcetera. Quinto, intencio requiritur cogitacionem de re intenta, sed frequenter et de facili rapitur cogitatio ad aliud et sic baptismus, ut frequenter impediretur. Sexto, intencio hominis non est alicui certa nisi ipsimet hominum habenti

f. 81 vb

---

<sup>1765</sup> Inmergat ms.  
<sup>1766</sup> Inmersione ms.  
<sup>1767</sup> Inmergere ms.  
<sup>1768</sup> Inmersione ms.  
<sup>1769</sup> Baptiso ms.  
<sup>1770</sup> Inmergat ms.  
<sup>1771</sup> Sic!  
<sup>1772</sup> Sic!  
<sup>1773</sup> Finit ms.  
<sup>1774</sup> Baptisante ms.  
<sup>1775</sup> Baptisatum ms.  
<sup>1776</sup> Inmediate ms.  
<sup>1777</sup> Baptisare ms.

eam. Si ergo requiretur<sup>1778</sup> ad baptismum intencio baptizantis<sup>1779</sup>, non esset de aliquo certum quod esset baptizatus<sup>1780</sup> nisi apud eum qui ipsum baptizauit<sup>1781</sup>. Hoc autem esset inconueniens, scilicet quod omnis homo esset in tanto dubio sue salutis ut oporteret frequenter rebaptizare. In oppositum arguitur : : ea que fiunt praeter intencionem sunt casualia, sed hoc sacramentis non conuenit, cum habeant determinatos<sup>1782</sup> effectus et determinatas causas. Secundo, opera quae fiunt a voluntate specificantur et determinantur intencione, vnde Ambrosius dicit : “Affectus tuus operi tuo nomen imponitur”. Et ??? **quia** dicit Gloza<sup>1783</sup> : quantum intendis, tantum facis, sed baptizare est actus voluntatis, igitur in ipso requiritur intencio ex parte baptizantis<sup>1784</sup>. Idem patet auctoritate<sup>1785</sup> Magistri in littera dicentis : in hoc et in alys<sup>1786</sup> sacramentis sicut forma est seruanda, ita et intencio illud celebrandi est habenda. Constat autem quod forma requiritur ad baptismum, igitur etiam intencio. Respondendo 2<sup>m</sup> Sanctum Thomam, Bonauenturam et Scotum. Dicitur primo quod necessario in baptizante<sup>1787</sup> requiritur intencio respectu actus quem exercetur. Probatur quia actus baptizandi<sup>1788</sup> debet esse actus humanus, sed nisi baptizans<sup>1789</sup> eum intenderet, non diceret humanus actus, sed solus fortuitus et casualis, sicut si praeter intencionem caderet cum paruulo ad aquam. Item alia intencio de qua dicitur necessario praesupponit illam, igitur eciam illa requiritur.

f. 82 ra

Dicitur autem hic intencio generaliter volicio alicuius aliquo modo deliberata, ut scilicet non fit omnino deliberatus actus, ut fricacio barbe est totaliter inde liberata aut casualis casus in aquam. Secundo dico quod non requiritur necessario quod baptizans intendat baptizandum per baptismum ordinare ad vitam eternam. Patet, quia infidelis vere baptizat<sup>1790</sup> - ut supradictum - et tamen ille non intendit baptizandum<sup>1791</sup> per hoc ordinare ad vitam eternam cum eam metignoret. Tercio dico quod in ipso baptizante ad veritatem baptismi requiritur intentio qua vult et intendit ipsum baptizandum per baptismum adscribere<sup>1792</sup> secte christianorum. Vel generalius, scilicet quod intendat facere circa

---

1778 Requiretur emend. ms.  
 1779 Baptizantis ms.  
 1780 Baptizatus ms.  
 1781 Baptizauit ms.  
 1782 Determinantos ms.  
 1783 Sic!  
 1784 Baptizantis ms.  
 1785 Auctoritate ms.  
 1786 Sic!  
 1787 Sante ms.  
 1788 Baptizandi ms.  
 1789 Baptizans ms.  
 1790 Baptizat ms.  
 1791 Baptizantum ms.  
 1792 Asscribere ms.

baptizandum<sup>1793</sup> illud quod Ecclesia Christianorum facit circa suos. Quod autem talis intentio uel consimilis requiratur in baptizante<sup>1794</sup> patet, quia propter hoc heretici qui istam intencionem non habent nichil baptizant<sup>1795</sup>, id est si alia seruant in baptizando<sup>1796</sup> et deficit illa intentio non conferunt baptismum. Sed sic baptizatus<sup>1797</sup> esset rebaptizandus<sup>1798</sup>. Illi autem heretici qui in baptizando<sup>1799</sup> illam intencionem habent et seruant cum hoc alia requisita ut formam et materiam debitam vere baptizant<sup>1800</sup>, quantumcumque Christi infideles sint et credunt baptismum nichil valere. Item aliqua verba que ibi proferuntur

f. 82 rb

et actus qui ibi fit et elementum non sunt ordinata ad illum effectum solum, sed possunt eciam ad alios sumi, etiam ad diuersos effectus. Et ideo ad hoc, quod ordinetur ad illum vnum effectum secundum institutionem Christi, oportet necessario interuenire intencionem ministri qua intendat illo actu verbo et elemento talem effectum dare, uel quod facit Ecclesia facere. Et dicit Sanctus Thomas et Bonauentura quod debet haberi pro vtili regula quod simul in omnibus aly<sup>1801</sup> sacramentis requiritur : intentio ministri cum debita materia et forma debita, non solum ad effectum sacramenti consequendum, sed etiam ad sacramenti percepcionem ita quod sine debita intencione non conferretur<sup>1802</sup> verum sacramentum. Item, quod ad baptismum requiratur intencio, patet etiam per argumenta arguta. In oppositum questionis, ut dicit Scotus, quod sicut praedicta intentio requiritur, sic etiam sufficit in baptizante<sup>1803</sup> etiam si credat baptismum nichil valere. Et ita statuit Christus Dominus propter necessitatem sacramenti, ne infidelitas ministri noceret baptizandis. Ad rationes ante oppositum, ad primam respondet Sanctus Thomas quod duplex est instrumentum, scilicet animatum ut sensus, inanimatum ut **securus**, ut dicitur 8<sup>uo</sup> Ethicorum. Instrumento ergo inanimato non requiritur intentio propria, quia ipsa inclinatio instrumenti

f. 82 va

ad effectum permotum principalis agentis locum intencionis supplet, sed instrumento animato quod non solum agitur, sed aliquo modo agit - utpote per imperium agens et non per impulsum motus -

---

1793     Baptisandum ms.  
1794     Baptisante ms.  
1795     Baptisant ms.  
1796     Baptisando ms.  
1797     Baptisatus ms.  
1798     Rebaptisandus ms.  
1799     Baptizando ms.  
1800     Baptizant ms.  
1801     Sic!  
1802     C  
1803     Baptisante ms.

requiritur intencio exequendi ministerium ad quod applicatum est. Tale autem instrumentum est minister sacramenti. Ad 2<sup>m</sup> negatur assumptum, et patet ex dictis. Ad 3<sup>m</sup> dicit Scotus quod, non habens fidem de fine vltimo, non intendit illud ordinare per baptismum ad finem vltimum, credens tamen per baptismum ipsum posse adscribi<sup>1804</sup> secte Christianorum, siue credat istam sectam ualere, siue non potest intendere illum adscribere<sup>1805</sup> per baptismum illi secte. Vel generalius potest intendere per illum actum facere quod Christiani intendunt facere circa suos. Ponit de hoc exitum : ego, credens Iudeos per circumcisionem distingwi<sup>1806</sup> ab aly<sup>1807</sup>, possem intendere illum paruulum adscribere<sup>1808</sup> secte Iudeorum et intendere circa eum facere idem quod Iudei intendunt facere circa suos circumcidendo eos, licet non credam istam circumcisionem illi proficere ad salutem. Secundum exemplum aliquis bone fidei posset proferre aliqua verba incantationum quibus vtuntur magi et mage et circa materiam qua aly<sup>1809</sup> vtuntur intendens in genere proferre ad illum finem quo ipsi proferunt sic in proposito. Ad 4<sup>m</sup>

f. 82 vb

dicitur quod ebriosus est ille aswetus<sup>1810</sup> ad ebrietatem, scilicet qui frequenter inebriatur, et talis non semper est ebrius quia non est semper impeditus ab actu rationis. Vnde nominanter dicit Augustinus : « Non timeo ebriosum », id est asswetum<sup>1811</sup> ad frequentem ebrietatem. Illa enim aswetuto<sup>1812</sup> non prohibet quam aliquando sit sic sobrius quod baptismus ab eo collatus valeat ut, quando non est actu sic ebrius quoniam possit vti ratione, secus esset per ebrietatem vsus rationis in eo totaliter impeditus. Illa enim ebrietas tolleret intencionem necessariam. Et dicit Bonauentura quod si talis ebrius habeat rationem aut de eo legatam quod tollatur intentio baptizandi<sup>1813</sup> quia nescit quod faciat, tunc non baptizat. Si autem ratio soluta est in tantum quod scit quid facit, non tamen omnimodo<sup>1814</sup> est compos sui : tunc iudicandum est quod ille sit vere ab eo baptizatus etiam si lingwa<sup>1815</sup> aliquo modo balbuciat, quia illud non est semper signum ligaminis rationis efficax. Multi enim sunt qui ex modico vino balbuciantur et tamen habent vsum rationis. Distingwendum<sup>1816</sup> est tamen de ligamine lingwe<sup>1817</sup> :

---

1804 Asscribi mks.  
1805 Asscribere ms.  
1806 Sic!  
1807 Sic!  
1808 Asscribere ms.  
1809 Sic!  
1810 Sic!  
1811 Sic!  
1812 Sic!  
1813 Baptisandi ms.  
1814 Omnimode ms.  
1815 Ligwa ma.  
1816 Sic!  
1817 Ligwe ms.

nam, si format verba intelligibiliter - licet non omnino perfecte - baptizatus est paruulus, si autem ita corrupte quod intelligi non potest, rebaptizandus est paruulus. De illa tamen corruptione superius

f. 83 ra

fuit lacius dictum in quaestione de forma baptismi. Ad quantum dicit Sanctus Thomas quod, quamuis minister sacramenti debeat mitti ad custodiendum cor suum quantum potest - et maxime ut in verbis sacramentalis forme intentionem habeat actualem - quia tamen cogitatio est valde labilis igitur, si eciam tunc non assumit<sup>1818</sup> actualis intencio quando verba profert, Deum non praeuius intenderit et contraria intencio non interuenerit. Sacramentum non impeditur, quia operatur tunc in vi principalis intencionis. Non enim oportet quod in opere semper intencio coniungatur actualiter operi, sed sufficit quod opus ab intencione procedat, et ad melius intelligendum que intencio sufficiat, et requiratur ad baptismum. Est notandum quod Scotus ponit triplicem intencionem. Prima est actualis et est actus a voluntate elicited respectu huius quod intendit. Alia est intencio habitualis et est habitus ad talem actualem intencionem inclinans, sed inuenitur minus perfecte intendens quam primo modo et magis perfecte quam secundo modo ; et ideo est intentio quedam media, que dicitur intentio virtualis. Aliquis enim in principio intendit celebrare missam, si postea est distructus non habet actualem intencionem :

f. 83 rb

non enim intelligit tunc in actu illud, nec de eo cogitat igitur, nec vvult illud in actu, nec habet tunc solum habituaalem, quia talem habet dormiens. Habet se ergo medio modo, et hanc eius disposicionem vocat Scotus ‘intencionem virtualem’, quia scilicet talis in virtute prime intentionis habite actualiter omnia operatur que facit. Et facit eam ex illa intencio actualis : est sibi principium ordinatum ad omnes actus et habet in se virtutem cuiuscumque illorum actuum, sicut intencio finis habet in se virtualiter intencionem propriam cuiuscumque ordinati ad finem et pro tanto manente intencione cuiuscumque ad finem. Et ut, descendente ab ista intencione, etiam illa intencio prima actualis maneat virtualis in omnibus istis hoc modo intendens, ite ad sanctum Iacobum. Ex intencione huius finis ordinat multa alia necessaria ad istum finem exequens, autem illa ordinata non semper cogitat de sancto Iacobo, nec de reuerencia eius. Dico tamen quod semper habet meritum quia habet intencionem eorum que sunt ad finem illum, cuius illa est prima intencio. Vel habet actus aliquos sequentes ex illis intencionibus, quamuis cum ipsis committentur actus aliqui distrahentes eum ab ista prima intencione et ab intencionibus

---

<sup>1818</sup>

Assint ms.

f. 83 va

proprys<sup>1819</sup> eorum que sunt ad illum finem. Aliud de hoc dat exemplum : martyres<sup>1820</sup> in actu sustinendi martyrium<sup>1821</sup> non semper habuerunt intencionem nisi istam virtualem, quia immensitas<sup>1822</sup> penarum absorbeat forte vsum rationis in aliquibus. Adhuc tamen illa perpeccio penarum erat quidem effectus deriuatus ex intentione seruandi fidem Dei. Et ideo dum durabat passio, durabat semper intencio illa virtualiter sicut in effectum, si ergo queritur que intencio sufficiat et requiratur in baptizante. Respondet Scotus quod sola intentio habitualis non sufficit in baptizante<sup>1823</sup> quia actus eius, licet conformis illi habitui, non dicitur propter hoc actus humanus. Nam, si aliquis habeat habitum inclinantem eum ad desiderium sanitatis, si currat nullo modo intendens actualiter sanitatem, sed ludere et iocari, si talis currendo sanatur non dicitur consequi sanitatem per aliquem actum humanum, sed casualiter uel fortuite non magis quam si non habuisset habitualement intencionem ad sanitatem. Igitur sola intentio habitualis non sufficit respectu finis actus humani ut humani. Secundo, dicit Scotus quod non requiritur in baptizante<sup>1824</sup> semper actualis intencio, quia non obligauit Deus hominem ad impossibile, uel nimis

f. 83 vb

difficile cuiusmodi est non distrahi, quia 2<sup>m</sup> Augustinum 3<sup>o</sup> *De libero arbitrio* non est in potestate nostra quibus visis tangamur, nec etiam plus obligauit ministrum in illo actu quam in exercendo actus aliorum sacramentorum. In conficiendo autem Eucaristiam<sup>1825</sup>, que est excellentissimum sacramentum, non obligauit hominem a Domino distrahi quam praeuius celebrare intendens vere celebraret, licet in proferendo verba consecrationis, sic distractus, vere conficit. Ex hys<sup>1826</sup> concludit Scotus quod sufficit in baptizante<sup>1827</sup> intentio virtualis, hoc est quod aliquando habuit intencionem actualem ex qua descenderit actus baptizandi ; sine illo actu habeat intencionem actualem, siue aliquam ex ea descendentem<sup>1828</sup> siue non. Et intelligo quod descenderit ille actus absque omni motu voluntatis contrario interueniente, sicut si induens se ad missam intendit celebrare 2<sup>m</sup> vsum romane Ecclesiae et ex illo procedit continue et forte. 2<sup>m</sup> aliquem habitum derelictum in fantasia procedit cum magna distractione, vere tamen facit ea que necessaria sunt ad illum actum qui est conficere. Adhuc

---

1819 Sic!  
1820 Martires ms.  
1821 Martirium ms.  
1822 Inmensitas ms.  
1823 Baptisante ms.  
1824 Baptisante ms.  
1825 Sic!  
1826 Sic!  
1827 Baptisante ms.  
1828 Descendentem *emend.* ms.

vere conficit si etiam verba consecrationis proferens non habeat actualem intentionem, sed cogitet de extraneis rebus. Ita in proposito. Sed

f. 84 ra

queritur quomodo illa intentio que nunc est potest reduci in intentionem primam que nunc non est. Inter ceteros modos Scoti est vnus quod voluntas habet suas voliciones ordinate et respectu finis et respectu eorum que sunt ad finem. Et intentio finis est etiam causa eorum que sunt ad finem. Et cum voluntas ad illarum volicionum aliquam ipsorum ordinarum ad finem pervenerit et actum inferioris potentie correspondentem imperauerit, potest ille actus imperatus inferioris potentie remanere, licet nec prima neque secunda intentio remaneat. Et dum manet ille actus voluntate quantumcumque<sup>1829</sup> distracta, dicitur remanere intentio virtualis. Ad sextum respondet Sanctus Thomas et Bonaventura quod, si desit mentalis intentio in baptizante<sup>1830</sup>, scilicet et actualis et virtualis 2<sup>m</sup> modum praedictum, tunc non confert sacramentum baptismi. Tamen in adulto supplet fides et deuocio effectum baptismi ut periculum baptizato qui ignorat intentionem baptizantis nullum ex hoc proveniat. Si autem sit puer qui non potest seipsum disponere per propriam fidem et deuocionem et manet viuus usque ad etatem adultam, tunc haberet veram fidem et desiderium baptismi si sciret se non baptizatum. Tunc illa fides et deuocio ad suscipiendum baptismum et con-

f. 84 rb

tritionem de peccatis proprijs<sup>1831</sup> supplet vicem baptismi et causant eius effectum. Si vero huiusmodi puer moriatur ante vsum, creditur pie quod in illo paruulo sumus sacerdos, scilicet Deus defectus suppleat et salutem ei conferat. Subdit Bonaventura dicens quod Deus voluit nos sic incertos esse de salute ad deponendum superbiam nostram et ad excitandum diligenciam, ut attentius et a personis dignioribus et securioribus sacramenta requiramus. Subdit. Credo tamen uel quod Deus reuelet, uel quod suppleat nisi peccata nostra praepediant hoc de intentione ministri baptizantis<sup>1832</sup>; sed est dubium que intentio requiratur in baptizando<sup>1833</sup>. Respondet S<anctus> T<homas> quod, si est adultus, tunc ad hoc, ut vere suscipiat sacramentum, requiritur intentio et voluntas illud suscipiendi - ut etiam superius dictum fuit - et ad suscipiendum effectum sacramenti, scilicet gratiam, requiritur deuocio et praeuia contritio de peccatis. In pueris autem nullum illorum requiritur, sed absque vtroque illorum suscipiunt et sacramentum et rem sacramenti in fide Ecclesiae. Suo modo potest intelligi de

---

1829 Quantumcumque emend. ms.

1830 Baptizante ms.

1831 Sic!

1832 Baptizantis ms.

1833 Baptizando ms.

fide illorum qui baptizandi sunt quod enim non requiratur fides in baptizante<sup>1834</sup>. Sufficenter dictum est : cum heretici, scismatici, infideles, etcetera, possint baptizare, dummodo seruant cetera ad baptismum necessario requisita. Sed de fide

f. 84 va

quo ad baptizandos dicit S<anctus> T<homas> - ut superius etiam dictum fuit in quaestionibus deficiente accedentibus - quod in adultis requiritur fides etiam propria et personalis ad hoc saltem, quod consequentur effectum baptismi quia nisi quis vere credat, ipse reputatur fictus et tunc non consequitur rem sacramenti. Sed non requiritur in eis fides ad hoc, quod consecuntur sacramentum et sint vere baptizati<sup>1835</sup>. Sacramentum enim potest percipere etiam qui non credit, vnde Augustinus dicit quod prorsus fieri potest ut aliqui verum baptisma habeant et non habeant veram fidem: in paruulis vero facit fides Ecclesiae ad utrumque. Septimo queritur vtrum baptismus possit iterari. Arguitur quod sic, quia Eucharistia<sup>1836</sup> potest iterari, et tamen est sacramentum excellentius. In oppositum arguitur quia *Ad Ephesios* 4<sup>o</sup> dicitur : VNA FIDES, VNUM BAPTISMA, etcetera. Igitur non debet iterari. Item de consecratione distinctione 4<sup>a</sup> : baptizare hereticum qui hec signa sanctitatis acceperit omnino peccatum est, catholicum vero immanissimum<sup>1837</sup> scelus est. Respondetur quod ab omnibus tenetur pro certo quod non licet iterare baptismum : et si de facto iteretur, nullam habet efficaciam. Hoc tradunt auctoritates<sup>1838</sup> sanctorum. Et dicit Scotus quod causa huius initerationis est institutio diuina, cuius

f. 84 va

quo ad baptizandos dicit S<anctus> T<homas> - ut superius etiam dictum fuit in quaestionibus deficiente accedentibus - quod in adultis requiritur fides etiam propria et personalis ad hoc saltem, quod consequentur effectum baptismi quia nisi quis vere credat, ipse reputatur fictus et tunc non consequitur rem sacramenti. Sed non requiritur in eis fides ad hoc, quod consecuntur sacramentum et

---

1834 Baptizante ms.

1835 Baptisati ms.

1836 Sic!

1837 In manissimum ms.

1838 Auctoritates ms.

sint vere baptizati<sup>1839</sup>. Sacramentum enim potest percipere etiam qui non credit, vnde Augustinus dicit quod prorsus fieri potest ut aliqui verum baptisma habeant et non habeant veram fidem: in paruulis vero facit fides Ecclesiae ad utrumque. Septimo queritur vtrum baptismus possit iterari. Arguitur quod sic, quia Ewcaristia<sup>1840</sup> potest iterari, et tamen est sacramentum excellencius. In oppositum arguitur quia *Ad Ephesios* 4<sup>o</sup> dicitur : VNA FIDES, VNUM BAPTISMA, etcetera. Igitur non debet iterari. Item de consecracione distinctione 4<sup>a</sup> : baptizare hereticum qui hec signa sanctitatis acceperit omnino peccatum est, catholicum vero immanissimum<sup>1841</sup> scelus est. Respondetur quod ab omnibus tenetur pro certo quod non licet iterare baptismum : et si de facto iteretur, nullam habet efficaciam. Hoc tradunt auctoritates<sup>1842</sup> sanctorum. Et dicit Scotus quod causa huius initeracionis est institutio diuina, cuius

f. 84 vb

non potest dari alia causa prior nisi voluntas eius est tamen illa institutio rationabilis ex quatuor causis quas enumerat S<anctus> T<homas>. Primo sumitur ex morbo contra quem baptismus principaliter est, scilicet originale peccatum quod non iteratur, et ideo nec medicina iterari debet. Secunda sumitur ex parte effectus sacramenti, quia in baptismo deletur culpa et pena totaliter et ideo, si frequenter liceret homini baptisma suscipere – et si baptismus frequenter susceptus - semper haberet suam efficaciam sed quandam<sup>1843</sup> prouocationem<sup>1844</sup> ad peccandum, quia facilitas venie incentiuum praebet delinquendi, ut dicit Gregorius. Tercia sumitur ex sua significatione quia homo per baptismum configuratur morti Christi qui semel tantum mortuus est. Quarta sumitur ex ipso sacramento, quia character quem imprimit indelibiliter manet, vnde fieret iniuria sacramento si baptismus iteretur quasi prima sanctificatio non suffecisset. Et item quia ipsum sacramentum regeneratio quedam est, cuiuslibet autem generatio est tantum semel. Ad argumentum ante oppositum dicitur quod illa verba que proferuntur super materiam Ewcaristiae<sup>1845</sup> et quibus Ewcaristia<sup>1846</sup> consecratur non sunt sacramentum, sed consecracio sacramentalis. Et illa non habet bis iterari super eandem materiam: et si 2<sup>o</sup> iteraretur nichil fieret, quia iam primus totum factum

f. 85 ra

---

1839 Baptisati ms.  
1840 Sic!  
1841 In manissimum ms.  
1842 Autoritates ms.  
1843 Quedam ms.  
1844 Prouocacio ms.  
1845 Sic!  
1846 Sic!

est. Illa autem Eucaristiae<sup>1847</sup> perceptio non est sacramentum, ut inferius patebit. Licet ergo eadem persona posset plures communicare siue recipere Eucaristiam<sup>1848</sup>, non tamen super eandem materiam posset frequenter proferre verba consecrationis Eucaristiae<sup>1849</sup>, nec posset sic Eucaristia<sup>1850</sup> iterari, quia proprie eadem materia huius sacramenti suscipiat bis formam eius. Est hic dubium, que pena sit iterancium baptismum siue suscipiendo, siue conferendo. Respondet Scotum quod tam suscipiens quam ministrans scienter ita quod sciat illum uel se baptizatum, et nunc iterum baptizari<sup>1851</sup> est regularis : illud patet extra de apostatis<sup>1852</sup> ex litterarum. Est tamen differentia si publice fiat aut occulte quantum ad hoc, quod facilius dispensatur in vna irregularitate quam in alia, vnde si in priuato illa iteratio facta est, forte Episcopus posset dispensare, sed si in publico, tunc non nisi per Papam, quod patet ibidem et 3°. Hoc intelligendum : iteratio absolute fit. Si enim quis in dubio rationabili dando uel accipiendo iteraretur non absolute, sed cum condicione dicendo: “Si es baptizatus<sup>1853</sup> ego non baptizo<sup>1854</sup>, sed si non es baptizatus<sup>1855</sup>, etcetera, non est regularis”, quia non est iteratum quod nescitur factum. Secundo dicit Scotus quod 2<sup>m</sup> iuristas suscipiens ignoranter ignorancia invicibili est, f. 85 rb

eciam regularis, intelligendo semper de ignorancia facti, scilicet quod ignoret quod praeuius fuerat baptizatus. Probatur 2<sup>m</sup> eos per illud de consecratione distinctio 4<sup>a</sup> ‘Qui bis’, vbi dicitur : qui bis ignoranter baptizati sunt non indigent pro eo penitere nisi quod 2<sup>m</sup> canones ordinari non possunt, nisi magna necessitas cogat. Et patet quod illud capitulum loquitur de ignorancia facti: si enim esset de ignorancia iuris oportet penitere, nec illud quod subditur - ‘nisi magna necessitas cogat’ - tollit quando talis sit regularis. Illud enim additur propter hoc, quod in tali necessitate dispensandum est cum eo sic dicerent canoniste, ut ponit Scotus. Sed contra hoc arguit Scotus sic : non videtur esse maioris ponderis 2<sup>m</sup> rationem de baptizato quam baptizante, sed secundo baptizans<sup>1856</sup> aliquem quem ignorat praeuius esse baptizatum non est irregularis. Non enim tenetur de quolibet sacerdos facere sanctissimam inquisitionem an vetula praeuius baptizauerit paruulum in domo. Igitur nec est irregularis qui 2<sup>o</sup> baptizatur<sup>1857</sup> ???, quia non videtur causa dabilis propter quam ille qui 2<sup>o</sup>

---

1847 Sic!  
 1848 Sic!  
 1849 Sic!  
 1850 Sic!  
 1851 Baptisari ms.  
 1852 Appostatis ms.  
 1853 Baptisatus ms.  
 1854 Baptiso ms.  
 1855 Baptisatus ms.  
 1856 Baptisans ms.  
 1857 Baptisatur ms.

baptizatur<sup>1858</sup> ignoranter deberet plus puniri quam ille qui 2<sup>o</sup> baptizat ignoranter. Ymmo<sup>1859</sup> minus, quia ille querere videtur salutem suam ne sit in dubio, nec auctoritas<sup>1860</sup> capituli ‘Qui bis’ quam aly<sup>1861</sup> allegant videtur satis certa : nullus enim potest infligere irregularitatem toti Ecclesiae nisi caput

f. 85 va

totius Ecclesiae, scilicet Papa. Illud autem capitulum, sicut ibidem intitulatur, accipitur ex penitencionali Theodori Episcopi Cantuariensi. Igitur, in quantum est huius auctoris<sup>1862</sup>, nullum robur habet ad infligendum penam regularitatis toti Ecclesiae, vnde nec inveniatur alicubi expressum quod dominus Papa hoc expresse<sup>1863</sup> dicat uel, vbi ipse omnia capitula ibi compilata confirmat, non videtur illud tenendum, ut dicit Scotus. Et 2<sup>m</sup> eum nec dans, nec suscipiens iterationem baptismi per ignorantiam invincibilem est regularis. Tercio dicit Scotus quod ignorancia iuris penam regularitatis infligentis non excusat iterantes baptismum. Patet, quia ibi concurrunt prohibitio iuris diuini et pena lata a canone ; quando autem super aliquo quod est de iure diuino illicitum additur pena canonica, ut illud amplius euitetur non est necessarium ad hoc, ut incurratur illa pena scire iura canonica, sed sufficit quod teneatur scire diuinum praeceptum. Et si illud transgrediatur incurrat penam canonicam, etiam si nesciat penam a iure canonico inflictam exemplum percuciens modo clericum cum faciat contra praeceptum diuinum de caritate fraterna. Et si nescieret excommunicationem latam a canone super tali facto, tamen incurretur eam similiter occidens hominem. Licet nesciret canonem punientem

f. 85 vb

homicida pena regularitatis tamen regularis esset, et eadem ratio est in omnibus istis quia dat operam rei illicitae. De qua re debet scire quod sit illicita, et si nesciet quod sit illicita nullo modo debet eam exequi donec consulat peritos per quos posset scire illam rem esse illicita. Aliud dubium ponatur casus, quod quis intendat baptizare masculum et sit ille paruulus, siue oblatus, femella queritur vtrum ille puer sit vere baptizatus an sit rebaptizandus. Alius casus : sit aliquis sacerdos cecus et habeat<sup>1864</sup> duos cathecuminos, scilicet a. et b. et ex aliqua causa intendat a hodie baptizare et b cras, et conueniant iste inter se quod decipiant sacerdotem. Et b. ueniet hodie offerens se sacerdoti in persona a, et a cras econuerso. Item queritur similiter vtrum isti ambo sint baptizati<sup>1865</sup> uel neuter eorum. Respondent

---

1858 Baptizatur ms.  
1859 Ymo ms.  
1860 Auctoritas ms.  
1861 Sic!  
1862 Auctoris ms.  
1863 Expressae ms.  
1864 Habet ms.  
1865 Baptizati ms.

doctores quod femella esset baptizata et similiter illi duo, scilicet a. et b. et dant huiusmodi<sup>1866</sup> exemplum, quia Ysaac, cum crederet se benedicere Esaw primogenitum, benedixit Iacob vere, ut patet per fassionem patris qui dixit : BENEDIXI EI ET ERIT BENEDICTUS. Et ratio fuit quia potest directe : tulit intencionem suam in illum quod tenebat manibus, licet error esset adiunctus ut crederet ipse esset Esaw. Sic etiam sufficit ad veritatem baptismi, quod sacerdos intendat baptizare paruulum

f. 86 ra

istum quem in manu tenet, et si credit hunc esse masculum et est femella, adhuc vere est baptizatus. Sic, etiamsi est Petrus et baptizans<sup>1867</sup>, credit quod sit Iohannes adhuc est baptizatus<sup>1868</sup> cum saltem fert intencionem suam in istum, scilicet principaliter oblatum uel que manibus tenet, dicens : « Quid erit de nomine, si est ? », scilicet datum nomen masculinum, cum sit femella. Vel econuerso dicitur quod nomen non est de essentia baptismi vnde etiam potest mutari faciliter, ut in confirmatione. Aliud dubium sit sacerdos aliquis cecus qui intendit baptizare vnum puerum et offerentur sibi duo et non habeat plus noticiam vnus quam alterius, nec plus aut distancius intendat vnum quam reliquum, sed in generali intendat baptizare vnum puerum, scilicet nunc offerendum, et bene percipit quod ibi sibi ponitur vnus puer et sit quod credatur quod tantum vnus ibi ponatur. Et ponantur tamen duo, et fundat aquam super vtrumque dicendo : « Ego te baptizo<sup>1869</sup> in nomine Patris et Fily<sup>1870</sup> et Spiritus sancti ». Queritur vtrum in tali causa vterque puer baptizatus<sup>1871</sup> sit et alter tantum, uel neuter. Respondetur quod in tali causa nullus est baptizatus : non enim ambo cum nunc forma verborum ad ambos se extendat, nec intencio baptizantis<sup>1872</sup>, nec alter eorum est baptizatus<sup>1873</sup>, quia qua ratione vnus eorum esset baptizatus

f. 86 rb

eadem ratione et alter, secus autem esset si ad vnum eorum distincte, ut forte quem manu tangeret uel forte quem alias in particulari nosceret ferret intencionem suam. Tunc ille solus esset vere baptizatus<sup>1874</sup> et alter non. Et quia casus posset variari multipliciter valde, si in aliquo etiam esset sapientibus, dubium esset in eodem casu faciendum - ut superius dictum est - debere si in dubys<sup>1875</sup>,

---

1866 Huiusmodi dant ms.  
1867 Baptisans ms.  
1868 Baptisatus ms.  
1869 Baptiso ms.  
1870 Sic!  
1871 Baptisatus ms.  
1872 Baptisantis ms.  
1873 Baptisatus ms.  
1874 Baptisatus ms.  
1875 Sic!

scilicet baptizandis sub condicione, quia facta est mencio de caractere et etiam sepe superius facta est, et in alys<sup>1876</sup> locis fit multotiens sermo de hoc igitur, etcetera. Queritur octauo vtrum in baptismo imprimatur character. Arguitur quod non, quia circumcisio non impressit<sup>1877</sup> caracterem, igitur nec baptismus imprimit ???, quia circumcisioni successit baptismus et in remedium contra eundem morbum antecedens probatur quia ille character circumcisionis fuisset eiusdem rationis cum caractere baptismi. Et tunc sequeretur quod circumcisio non fuisset baptizando<sup>1878</sup>. Constans falsum est : ex dictis patet **communia**, quia duo accidentia eiusdem speciei non possunt manere in eodem subiecto. In oppositum arguitur quia baptismus est sacramentum inreiterabile<sup>1879</sup> - ut patet ex dictis - igitur imprimit aliquem effectum indelebilem, quia si omnis eius

f. 86 va

effectus posset deleri, ipsum posset iterari, sed nullum effectum indelebilem habet nisi caracterem. Notandum secundum Scotum quod transferendo verbum ex verbo, character significat idem quod figuratur, et ita accipitur *Ad Hebreos* primo: VBI ENIM NOS HABEMUS FIGURAS SUBSTANCIE. In greco habetur 'character', et hoc modo figuras impositas quibus mediantibus scribitur dicimus 'characteres', id est hoc etiam mundicius characteres in incantationibus et huiusmodi quasdam figuras protractas. Hoc modo potest accipi in Apocalipsi<sup>1880</sup> character bestie, id est figura in fronte uel in manu alicuius que significat ipsum pertinere ad familiam bestie. Generalius autem accipitur character pro signo et hoc modo ablucio baptismi potest dici 'character' quia est quoddam signum. Forma etiam verborum in sacramento aliquo potest dici 'character', sicut Magister loquitur de caractere illa sexta distinctione. Sed praetermissis omnibus alys<sup>1881</sup> acceptionibus respondendo ad questionem et loquendo - sicut in proposito loquimur de caractere - dicitur primo quod theologi concipiunt communiter per caracterem quoddam spirituale impressum<sup>1882</sup> suscipienti sacramentum non iterabile, cui rei attribuunt aliquos proprietates. Primo quod est forma assimilatiua aly<sup>1883</sup> habenti, et sic character assimilatur ad invicem baptizatos omnes.

f. 86 vb

---

1876 Sic!  
1877 Impraeessit ms.  
1878 Baptisandus ms.  
1879 Ireiterabile ms.  
1880 Apocaloipsi ms.  
1881 Sic!  
1882 Inpraeessum ms.  
1883 Sic!

Secunda quod est forma distinctiua a non habente eam, et sic caracter distinguit<sup>1884</sup> baptizatos<sup>1885</sup> a non baptisatis<sup>1886</sup>. Tertia quod est signum remuneratiuum<sup>1887</sup> suscepti sacramenti, non solum quo ad illum qui suscipit, sed etiam quo ad alios, scilicet beatos et dampnatos qui istum caracterem signatum noscunt per illud signum. Et sine signo illo non noscerent ipsum baptizatum fore, et hoc erit scilicet in beatitudinem ad maiorem gloriam et in dampnacione ad maiorem confusionem. 4<sup>a</sup> quod est signum figuratiuum Christo cuius sacramentum suscipitur hoc, quod ipsum est signum ostendens illum Christo esse obligatum eo modo quo suscipiens sacramentum obligatum per eius susceptionem. Ex istis sequitur quod caracter non est gracia gratum faciens, nec est virtus aliqua infusa, puta fides spes aut caritas, quia tales virtutes non semper imprimuntur suscipienti sacramentum non iterabile, ut patet de ficto, caracter autem semper imprimitur ; etiam caracter est indelebilis, virtutes autem ille omnes sunt delebiles<sup>1888</sup>. Secundo dicitur quod theologi concorditer ponunt caracterem imprimi animae in baptismo, et hoc probant primo auctoritate<sup>1889</sup> Augustini libro sexto *Contra Donatistas*, vbi dicit : « Satis illuxit ouem que foris dominicum caracterem acceperat venientem

f. 87 ra

ad salutem ab errore corrigi, caracterem tamen in ea dominicum agnoscit, quem caracterem multi lupi lupis infigunt”. Secundum quia sentiendum est de sacramentis sicut romana Ecclesia de eis sentit, ut haberetur extra de hereticis *Ad abolendam*. Sed romana Ecclesia sentit caracterem imprimi<sup>1890</sup> animae in baptismo, ut dicit Innocentius tertius extra de baptismo et eius effectu<sup>1891</sup> capitulo ‘Maiores’. Dicit enim qui sic te accedit ad baptismum, caracterem accipit Christianitatis impressum<sup>1892</sup> et ibidem in fine. Tunc caracterem sacerdotalis imprimit<sup>1893</sup> operacio cum obicem voluntatis contrarie non invenit obsistentem. Ponuntur ad hoc etiam tres congruentie. Prima est : congruum est ad formam perfectam poni aliquam dispositionem praeuiam, maxime in baptismo qui est primum sacramentum conferens gratiam ; gratia autem est perfecta supernaturalis, igitur congruum est ad eam esse in anima aliquam dispositionem praeuiam supernaturalem, et talis ponitur caracter. Secunda congruentia congruit Deum non instituisse sacramenta vana saltem pro nona lege que perfecta est, igitur congruit quod sacramenta sua a nullo recipiant vere quando aliquem effectum habeant, sed non

---

1884 Sic!  
 1885 Baptisatos ms.  
 1886 Baptisatis ms.  
 1887 Remuneratiuum emend. ms.  
 1888 Delibiles ms.  
 1889 Autoritate ms.  
 1890 Inprimi ms.  
 1891 Affectu ms.  
 1892 Inpraessum ms.  
 1893 Inprimit ms.

f. 87 rb

semper habent effectum gratie, ut patet in ficto. Igitur habent aliquem alium, et ille est character alter in sacramentis initerabilibus, in alys<sup>1894</sup> autem sacramentis ponunt quendam ornatum toti respondentem characteri. 3<sup>a</sup> congruentia est : congruit receptum in familia Christi distingwi<sup>1895</sup> a non recepto, et hoc per aliquod intrinsecum sibi, quia licet posset distingwi<sup>1896</sup> sine tali intrinseco, tamen perfectior est distinctio eius et in se et in comparatione ad omnem Ecclesiam militantem, scilicet et triumphantem. Si fiat per aliquam formam intrinsecam manentem quam si non sic fiat, tale autem distinctiuum eius qui suscepit sacramentum quo intratur in familiam Christi ab eo qui non suscepit immanens<sup>1897</sup> ipse qui suscepit ponitur character. 3<sup>o</sup> dicitur quod character quilibet sacramentalis est indelebilis<sup>1898</sup> - ut omnes dicunt - et hoc non est sic intelligendum quod sic character ponitur forma quedam absoluta anime impressa,<sup>1899</sup> quod nulla potencia possit deleri. Non enim potest dari aliqua forma aut qualitas in anima quae sit distincta ab anima quam non possit Deus de potentia sua absoluta delere, ut notum est, sed character dicitur ideo indelebilis<sup>1900</sup> quia nulla virtute cuiuscumque

f. 87 va

creature<sup>1901</sup> posset deleri ab anima eo, quod est forma supernaturalis. Neque potest deleri virtutem diuinam de potentia sua ordinata, quia ordinavit nullam formam spiritualem delere nisi propter aliud demeritum in habente eam, sed respectu characteris dandi non potest esse causa demeritoria. Cum enim imprimitur cum actu peccandi mortaliter - ut patet in illo qui ficte accedit ad baptismum - non potest peccatum mortale demereri, ipsum tolli, igitur nec aliquod aliud demeritum propter ipsum tollere - ut dicit Scotus - . 4<sup>to</sup> dicitur secundum doctores communiter quod solum sacramenta irriterabilia imprimunt<sup>1902</sup> characterem et illa sunt tria, scilicet baptismus, confirmatio et ordo. Hoc declarat Bonaventura sic - ut dictum est - : Character est signum distinctiuum et etiam signum vnitiuum multorum ad invicem in vno statu fidei, et ideo solum in istis sacramentis imprimitur que respiciunt statum fidei determinatum. Tres autem - ut dicit - sunt status fidei, scilicet genite, roborate et iam multiplicatae, et 2<sup>m</sup> hoc sumitur triplex distinctio in populo, scilicet bonorum a malis, forcium ab infirmis et clericorum a laicis, quia ergo tantum causa sunt sacramenta que respiciunt statum fidei

---

1894 Sic!  
1895 Sic!  
1896 Sic!  
1897 Inmanens ms.  
1898 Indelibilis ms.  
1899 Inprqessq ms.  
1900 Indelibilis ms.  
1901 Createtur ms.  
1902 Inprimunt ms.

determinatum. Baptismus primum quia ibi fides gignitur<sup>1903</sup>, 2<sup>m</sup> confirmatio quia ibi fides roboratur - et ibi homo ut pugil intingitur et ad proeliandum ab infirmis discernitur - 3<sup>m</sup> est

f. 87 vb

ordo, quia ibi virtus multiplicandi datur et homo ut sanctus ad ministerium templi a laycis<sup>1904</sup> separatur. Et ideo illa causa tantum imprimunt characterem. Idem etiam declarat Scotus per exitum in mundanis pollicys<sup>1905</sup> : nullus enim habet determinatum gradum in familia regis ex hoc solum, quia comedit uel bibit et accedit ad mensam in domo regis. Vel quia, post offensam, Dominus reconciliatur ei nec ideo multiplicat personas in illa pollitia : nam isti actus possunt esse communes omnibus in quocumque gradu illius pollitie aut familie constituentur. Sed alium gradum habet aliquis quando recipitur in familiam Domini, alium quando vltimus proficit et constituitur ut milles ad defendendum rem publicam, alium quando constituitur ut supremus sub Domino ad constituendum alios in gradibus determinatis, in familia senescalcus<sup>1906</sup> uel qualitercumque tale officium nominetur. Non ergo dicitur quis habere gradum aut dignitatem intimam<sup>1907</sup> regis ex hoc, quod accedit ad mensam, uel quia coniugatus est aut quia rediens ad gratiam post offensam. Sed diceretur habere gradum quando de populo assumptus est in familiam Domini, et vltiorem quando in familia Domini constituitur ad defendendum domum et vltiorem quando constituitur ad recipiendos alios in familiam et ad instruendum

f. 88 ra

inferiores. Sic in proposito tria sacramenta, scilicet Eucaristia<sup>1908</sup> ad nutritionem spiritualem, et matrimonium ad generationem corporalem et penitentia ad reconciliationem instituta in nullo certo grado constituunt in Ecclesia, ymo<sup>1909</sup> possunt isti actus esse communes omni membro Ecclesiae in quocumque gradu sit. Sed primus gradus in Ecclesia et vniuersalissimus est recipi in familiam Christi quod fit in baptismo, secundus gradus est constitui in litem ad defensionem fidei Christiane quod fit in confirmatione, tertius constitui patrem et pastorem ad introducendum alios in Ecclesia et ad instruendum et dirigendum alios in Ecclesia, quod fit in ordine. Et sicut in pollicia illa non congruit illos tres gradus iterari, scilicet receptionem in familiam, promotionem ad maliciam et praelationem

---

<sup>1903</sup> Gignitur ms.

<sup>1904</sup> Sic!

<sup>1905</sup> Pollicys ms.

<sup>1906</sup> Senascalculus ms.

<sup>1907</sup> Intiam ms.

<sup>1908</sup> Sic!

<sup>1909</sup> Sic!

ad doctrinam bene tamen iterari possunt nutritio procreatio et reconciliatio, ita in<sup>1910</sup> proposito istos tres ordines non debent iterari. Aly<sup>1911</sup> autem iterantur et in non iterandis gradus irriterabilis acquiritur et character dicitur in eis conferri, in iterandis autem non dicitur conferri. Quinto dicitur quod character est vna qualitas absoluta subiectiue in anima existens et ei inherens et ab ea essentialiter distincta. Illa est positio quasi omnium doctorum, sed tamen de qua specie qualitatis

f. 88 rb

sit in hoc sunt diuersificati. Quidam dicunt quod sint de prima specie qualitatis quasi media inter habitum et dispositionem : in quantum enim est difficili mobili conuenit cum habitu in quantum vere disponit ad vltiorem perfectionem, scilicet ad gratiam conuenit cum dispositione. Aly<sup>1912</sup> dicunt quod est de secunda specie qualitatis, quia est potentia quedam qua homo potest in actiones gerarchicas que sunt ministraciones et receptiones sacramentorum et aliorum que ad fideles pertinent. 3y dicunt quod est de tertia specie qualitatis, quia est - ut quidam dicunt - spiritualis ornatus animae et ideo, licet non corporali, tamen spirituali sensui, scilicet angeli aut animae exutae infert quandam passionem muliebrem in quantum animam ornat et decorat. Quarti dicunt quod sit de quarta specie qualitatis, quia ipsa figuratio quam character suo nomine exprimunt importat vnitatem figurae que est in 4<sup>a</sup> specie qualitatis. Et quidam dicunt istam figuram esse characterem Christi, que autem illarum posicionum sit tenenda de hoc est longa disputacio inter doctores cum qua nolo uestras reuerentias occupare pro praesenti. Et nota quod, licet praedicta posicio de quittitate<sup>1913</sup> characteris, scilicet quod sit quedam qualitas absoluta animae, impressa<sup>1914</sup> sit quasi omnium doctorum, tamen aliqui doctores tenuerunt et contrarium dicentes quod character non est talis qualitas absoluta

f. 88 va

: superflue enim hoc poneretur sine auctoritate sufficiente aut ratione cogente. Et dicunt communiter quod character gratia exempli in baptismo non est aliud nec ipsa anima ipsius baptizati : diffiniunt enim characterem sacramentalem sic et anima hominis qui est aut fuit viator circa quem per applicationem sacramenti factum est qualiter ex diuina institucione initerabiliter et solum semel fiendum erat. Sic enim dicendo putant illi quod omnia saluari possent circa characterem<sup>1915</sup>, quod nulla necessitas sit ponendi illam qualitatem et plurificandi encia vbi nec ratio, nec auctoritas sufficienter cogit. Auctoritates enim de caractere possunt, ut dicunt omnes expositioni ad sensum iam dictum,

---

<sup>1910</sup> Im ms.

<sup>1911</sup> Sic!

<sup>1912</sup> Sic!

<sup>1913</sup> Sic!

<sup>1914</sup> Inpraessa ms.

<sup>1915</sup> Caratererem ms.

dicendo quod character imprimatur. Cum circa homines sit ceremonialiter in sacramenti applicatione, agitur qualiter ex diuino praecepto solum semel est agendum. Ambas opiniones illas tractas Scotus et soluit huic inde rationes earum et nullam finaliter praeacceptat ex ambabus positionibus. Patet quod in baptismo imprimatur character et quod percommunis quaestio est vera, et hoc omnes concedunt. Ad argumentum ante oppositum dicit Scotus quod potest concedi quod circumcisio imprimebat characterem aliquando sicut et baptismus, quia ipsa fuit prima ianua salutis in lege mosayca - sicut baptismus in lege ewangelica<sup>1916</sup> - et contulit gratiam

f. 88 vb

ex opere operato et fuit initerabilis, et cum arguitur quod talis circumcisis non fuisset baptizandus negatur consequentia. Potest enim dici quod character ille circumcisionis fuit eiusdem rationis cum character baptismatis, et tunc non imprimebatur character nouus cum baptizabatur primus circumcisis, sed cum subiectum habet formam aliquam, tunc non imprimitur. Item talis forma etiam a causa, que alias nata esset eam imprimere uel posset dici quod character circumcisionis differret a caractere baptismi sicut imperfectum a perfecto quemadmodum gracia collata in circumcissione differret a gratia baptismatis. Et tunc in collatione baptismi primus circumcisis non imprimeretur nouus character, sed prior perficeretur. Nono queritur vtrum debeant esse solum duo tempora ad baptizandum determinata. Arguitur quod non, sed quod omni tempore liceat baptizare quia periculo quanto citius succurrendum est - sed homo propter fragilitatem<sup>1917</sup> necessarie semper est in periculo vite sue - igitur non debet expectare tempus aliquod determinatum ad baptismum, sed debet statim baptizari. Secundo arguitur quod sint plura quia vigilia Pasce et pari ratione etiam vigilia natiuitatis Christi, etcetera. Patet, quia per baptismum

f. 89 ra

homo generatur in filium Dei ad ymaginem<sup>1918</sup> Christi cuius natiuitas tunc celebratur. Igitur debet tunc potissime baptismus celebrari, videtur etiam quod in die Epiphanie deberet baptismum potissime celebrare quia Dominus eodem die legitur baptizatus. In oppositum est quod Magister in littera dicit : - In baptizatis electis duo tempora sunt seruanda ut in sabato Pasce et in vigilia Penthecostes baptismum sacramenti celebretur. Respondet S<anctus> T<homas> quod in baptismo duo considerantur, scilicet substantia sacramenti et solempnitas. Quantum ad substanciam sacramenti non est aliquod tempus determinatum ad baptismum, ymo<sup>1919</sup> quolibet die et etiam quaelibet hora

---

<sup>1916</sup> Sic!

<sup>1917</sup> Fragillitatem ms.

<sup>1918</sup> Sic!

<sup>1919</sup> Sic!

baptismus celebrari potest et habet suam efficaciam. Sed solemnis celebratio baptismi in Ecclesia habet duo tempora determinate, scilicet duplex sabbatum<sup>1920</sup> Pasce et Penthecostes, et huius ratio est, ut dicit, quia baptismus efficaciam habet ex duobus, scilicet ex virtute Spiritus sancti et ideo in vigilia Spiritus sancti aut Penthecostes celebratur solempniter. Baptismus etiam habet efficaciam ex passione Christi, cuius morti configuratur homo per baptismum, quasi consepultus Christo in mortem - ut dicitur ad Romanos 6<sup>o</sup> - et ideo celebratur solempniter in die. Celebratur solempniter in die sepulturae Christi, scilicet in vigilia Pasce. Ad primum argumentum dicit S<anctus> T<omas> quod in necessitate non oportet expectare illa duo tempora, vnde

f. 89 rb

dicitur de consecratione distinctione 4<sup>ta</sup> de cathecumenis baptizandis<sup>1921</sup>. Id decretum est ut paschali festiuitate uel Penthecostes veniant ad baptismum, ceteris autem solempnitatis infirmi<sup>1922</sup> tantum dicunt baptizari et quia pueri inter infirmos computantur propter naturae imbecillitatem<sup>1923</sup> et propter periculum dampnationis a quo non possunt aliter liberari. Et ideo nunc ipsi pueri baptizantur et ut in pluribus non expectantur hec duo tempora, sicut in adultis solebant antiquitus expectare. Ad 2<sup>m</sup> dicit quod in festo natiuitatis Christi retollitur natiuitas Christi. 2<sup>m</sup> carnem nos autem per baptismum non efficimur fratres eius natiuitate carnis, sed spiritus, ideo non oportuit illud tempus instituere ad baptismi solempnem celebrationem. Et quod dicebatur de die Epiphanie, responditur quod non est institutum baptismum celebrare in die Epiphanie ut excluderetur quorundam error qui dicebant numquam posse baptismum offerri nec in illa die qua Dominus baptizatus est, scilicet Epiphanie. Decimo queritur vtrum cathecismus debeat praecedere baptismum. Arguitur quod non, quia Mathei 1<sup>o</sup> dicitur : NOLITE SANCTUM DARE CANIBUS, sed sanctum dare canibus, scilicet sanctum ibi de doctrina sacra que non est committenda immundis<sup>1924</sup>, ut dicit Dyonisius. Cum ergo non

f. 89 va

non baptizati<sup>1925</sup> sunt adhuc immundi<sup>1926</sup>, videtur quod non debeant cathecizari<sup>1927</sup> non baptizati. Secundo frustra adhibetur ministratio ei qui non est perceptibilis discipline, sed puer non est perceptibilis disciplinae cum non habeat vsum rationis nec liberum arbitrium ; igitur videtur quod ad

---

<sup>1920</sup> Sabatum ms.  
<sup>1921</sup> Baptisandis ms.  
<sup>1922</sup> Inferni ms.  
<sup>1923</sup> Inbecillitatem ms.  
<sup>1924</sup> Inmundis ms.  
<sup>1925</sup> Baptisati ms.  
<sup>1926</sup> Inmundi ms.  
<sup>1927</sup> Cathecisari ms.

minus in pueris non debeat cathecismus praecedere baptismus<sup>1928</sup>. 3<sup>o</sup> in cathecismo requiritur professio fidei et Christiane religionis, sed hoc puer facere per se non potest nec aliquis pro puero, quia nullus potest per alterius votum obligari. 4<sup>to</sup> si paternus pro puero respondebit, tunc paternus obligatur puerum instruere de hys<sup>1929</sup> que pertinent ad fidem christianam. Et ita videtur quod sit valde periculosus puerum de sacro fonte leuare cum raro paterni de pueri instructione curam gerant. In oppositum est communis consuetudo<sup>1930</sup> Ecclesiae que in adultis et paruulis cathecismum permittit ante baptisma. Et patet etiam Mathei vltimo, ubi dicitur : DOCETE OMNES GENTES BAPTIZANTES<sup>1931</sup> EOS IN NOMINE PATRIS ET FILY ET SPIRITUS SANCTI, vbi Christus Dominus primus notauit actum docendi quam baptizandi. Respondetur quod cathecismus debet in baptizandis semper praecedere baptismum, nec oporteat hominem festinanter baptizari propter articulum mortis ut non potest puer uel adultus ad ecclesiam praesentari, ut possit propter necessitate cathecismus expectari. Si autem puer sit festinanter et sine cathecismo baptizatus<sup>1932</sup>, postea super-

f. 89 vb

-veniret : debet caute suppleri praesbyterum<sup>1933</sup> quod propter necessitatem fuit obmissum. Quod autem cathecismus sic debeat praecedere baptismum patet per rationes in oppositum questionis adductas. Et confirmatur hec primo de adultis : in baptismo enim fit obligatio ad obseruationem fidei et eorum que ad fidem pertinent, igitur congruum est adultis baptizandis<sup>1934</sup> quod non proponuntur saltem in generali ea que sunt fidei ut profiteantur fidem et ut scientes et etiam volentes se obligent ad eius obseruationem. Haec autem fit in cathecismo : est enim cathecismus instructio de communibus articulis fidei et responsio de fidei susceptione per baptizandum<sup>1935</sup> et eius professione, et obligatio ad eius obseruationem. Et dixi nominanter instructio de communibus articulis fidei : sunt enim in doctrina fidei quedam quae necessarium est quelibet adultum scire ad salutem, ut sunt articuli Incarnationis, natiuitatis, passionis, Resurrectionis, Ascensionis, aduentus ad Iudicium et ceterys<sup>1936</sup> similibus. Alia vero sunt subtiliora ad que scienda non tenentur omnes, instructio ergo de communibus que adultus necessarium est scire votatur cathecismus et diffinitur communiter quod est instructio circa fidei redimenda, id est instructio circa illa communia fidei que etiam rudibus sunt

---

1928 Baptismus emend. ms.

1929 Sic!

1930 Sic!

1931 BAPTISANTES ms.

1932 Baptisatus ms.

1933 Praespiterum ms.

1934 Baptisandis ms.

1935 Baptisandum ms.

1936 Sic!

necessaria ad sciendum. Quod eis congruum sit, quod in paruulis cathecismus praecedat baptismum, patet propter conformitatem et vniformitatem, ut<sup>1937</sup>

f. 90 ra

scilicet omnes in ecclesia similiter baptizentur sicut per simile effectum recipient etiam : licet paruuli nondum possint instrui, possunt tamen per patrilos obligari ad ea que sunt fidei. Ad primum ante oppositum respondet S<anctus> T<omas> quod Dominus ibi loquitur de illis immundis<sup>1938</sup> qui fidei contrariantur et non de illis qui volunt ad fidem accedere. Ad 2<sup>m</sup> dicit quod - quamuis puer non sit tunc actu perceptibilis discipline - habuit in huiusmodi perceptibilitatem in radice quantum ad potentiam rationis quam habuit ex natura, et quantum ad habitum fidei quem recepit in baptismo habet enim rationalem animam, et cum veniet ad vsum rationis innuabitur per habitum in baptismo susceptum ad facilius disciplinam percipiendam et firmiter fidem tenendam. Ad 3<sup>m</sup> dicit quod - quamuis puer confiteri non posset fidem aut profiteri, tamen alius vicem eius supplet - non quidem propriam fidem suam profitens uel confitens, sed fidem pueri etiam in quantum ad illud quod nunc est, ut sit sensus 'Credo', id est sacramentum fidei, scilicet baptismum praesto sine recipere in persona pueri sic loquens, ut Augustinus exponit. Et dicit Bonauentura quod illa responsio non est falsa nec est sermo inconsuetus<sup>1939</sup>, quia sicut dicit Augustinus in *Epistula ad Bonifacium*, frequenter signum accipitur pro signato sew<sup>1940</sup> pro ipsa re, sicut solemus dicere : - Cras erit resurrectio

f. 90 rb

donum, id est erit festum quo agitur et significatur resurrectio Domini, et videns summum dicit se videre ignem. Sic in proposito 'Credo' uel fides ponitur pro sacramento baptismi, quod dicitur 'sacramentum fidei' quia in eo homini confertur fides infusa. Item respondens pro puero 'Credo' profitetur etiam fidem pueri quantum ad illud quod in eo futurum est, ut sit sensus 'Credo', id est cum ad perfectam etatem venero fidei consentiam et - ut dixi - ille loquitur in persona pueri, et ita exponit Dyonisius. Item patrilus tenetur postea sollicitudinem circa illum, si necessarium fuerit ut discat fidem. Et ex proposito istius sollicitudinis adhibente potest esse alius sensus, scilicet credo, id est operam dabo ad hoc ut credat et in hoc et ipse puer obligatur ex alterius sponsione pro eo facta, et similiter anodochus, id est patrilus obligatur : de illis enim ad que omnes tenentur non est inconueniens quod vnus alium obliget, seruus autem est de consily<sup>1941</sup> ad que non omnes tenent

---

<sup>1937</sup> Ut it. ms.

<sup>1938</sup> Inmundis ms.

<sup>1939</sup> Sic!

<sup>1940</sup> Sic!

<sup>1941</sup> Sic!

pueri. Ergo ex promissione patrinorum tenetur cum et ad vsum rationis pervenerint et fidem Christi seruare, et pompis dyaboli abrenunciati ac etceteris, sicut patrini promittunt. Sed quaerit Bonaventura vtrum talis promissio et obligatio sit votum. Respondetur quod non causando votum saltem proprie pro spontanea promissione melioris boni deliberatione et obligatione firmata, voto autem meliora bona ea que non sunt absolute de necessitate salutis, sed sunt super erogationis

f. 90 va

et consily<sup>1942</sup>. Ea autem que ibi spondet patrinus pro paruulo non sunt supererogacionis, sed sunt de necessitate salutis et pertinentia ad omnes vsum racionis habentes, et ideo non est votum proprie. Est tamen bene votum extenso nomine voti, quia est voluntaria obligacio et facit duplex peccatum ipse baptizatus<sup>1943</sup> transgrediendo votum et praeceptum, quia ut dicit Bonaventura : ex illo voto non magis obligatur de necessitate quam primus. Ad 4<sup>m</sup> dicit dicit Bonaventura et etiam Magister in littera quod - si puer non haberet alium doctorem, patrini obligarentur ad instruendum eum in hys<sup>1944</sup> quae de necessitate fidei sunt et morum uel quod facerent eum instrui, nunc autem quia habent doctores non tenentur. Et dicit S<anctus> T<homas> quod in tali promissione patrini non est quo ad modernum tempus magnum periculum, quia parentes pueri sunt Christiani et satis probabiliter potest estimari quod eum in fide nutriant et etiam ab alys quibus puer conuiuet addiscet fidem. Secutus autem erat in primitiua Ecclesia, vbi pueri cum infidelibus conuersabantur et ideo diligentior cura tunc adhibenda erat a patrino. Et similiter esset nunc si parentes pueri de infidelitate suspecti essent uel si puer inter infideles conuersatus foret. Vndecimo queritur vtrum in baptismo debeat exorcismus praecedere baptismum.

f. 90 vb

Arguitur quod non, quia exorcismi circa energuminos instituti sunt, sed non omnes qui accedunt ad baptismum sunt energumini, igitur non omnes sunt exorcizandi<sup>1945</sup>. Secundo superfluum est ad eundem effectum ordinare diuersa remedia, sed ad potestatem demonis coherendam sufficit aqua benedicta, igitur non oportet ad hoc esse aliquos exorcismos. 3<sup>o</sup>, frustra fieret exorcismus ante baptismum : nullus enim eius videtur effectus. In oppositum arguitur au<c>toritate Celestini proprie<sup>1946</sup> dicentis : - Siue paruuli, siue iuuenes ad regeneracionis veniant ad sacramentum non fontem vite -. Primus aderat quam exorcismus et ex sufflationibus clericorum immundus<sup>1947</sup> spiritus

---

<sup>1942</sup>

Sic!

<sup>1943</sup>

Baptisatus ms.

<sup>1944</sup>

Sic!

<sup>1945</sup>

Exhorcisandi ms.

<sup>1946</sup>

Propriae ms.

<sup>1947</sup>

Inmundus ms.

ab eis abiciatur (in mg.: item). Alia que sanctificantur prius exhorcizantur<sup>1948</sup>, sicut patet in aqua benedicta et in sale quod apponitur, etcetera. Cum ergo homo in baptismo consecratur, videtur quod prius debeat exhorcizari<sup>1949</sup>. Respondet S<anctus> T<homas> quod propter peccatum hominis dyabolus potestatem accepit in hominem et in omnia que in vsum hominis veniunt, et hoc in hominis nocumentum. Et quia nulla conveniencia est Christi ad Belial, ideo quantumcumque aliquid sanctificandum est ad cultum diuinum prius exhorcizatur<sup>1950</sup>, ut liberatum a potestate dyaboli, quam in nocumentum hominis assumere potuit Deo consecrati; et hoc patet in benedictione aque, in consecratione templi, et in omnibus huiusmodi.

f. 91 ra

Cum autem prima consecratio qua homo Deo consecratur sit in baptismo, oportet quod primus ex homo baptizetur<sup>1951</sup> quam baptizetur<sup>1952</sup> multo forciori ratione quam alie res, quia non sic in alys<sup>1953</sup> rebus sicut in ipso homine est causa quare dyabolus potestatem accepit in homines et alia que sunt propter homines, scilicet peccatum originale uel actuale, quod est causa tali potestatis dyaboli. Que causa non est in alys<sup>1954</sup> rebus que non possunt subici peccatis, et haec significat ea que in exhorcismo dicuntur, et cum dicitur : RECEDE AB EO SATHANA, et huiusmodi. Et similiter ea que ille fuit, quia ipsa exsufflacio significat demonis expulsionem, benedictio autem cum manus impositione<sup>1955</sup> praecludit expulso viam ne redire possit. Sal autem in os miscum et narium ac aurium cum sputo linitio significat remocionem impedimenti ipsius demonis respectu fidei docende uel addiscende, sed olei invnctio significat expeditionem hominis in pugnam quam aduersus dyabolum suscipit a cuius potestate exemptus est. Ad argumentum primum dicit S<anctus> T<homas> quod energumini dicuntur interius laborantes ab en, quod est in et ergen, quod est labor, et quamuis non omnes baptizandi<sup>1956</sup> sint energumini nec interius laborantes a dyabolo corporaliter vexati, tamen interius laborant et infirmatur propter infectionem fomitis, dyabolo in eos potestatem habente. Ad 2<sup>m</sup> dicit quod dyabolus impugnat<sup>1957</sup> nos et

f. 91 rb

---

1948 Exhorcisatur ms.  
1949 Exhorcisari ms.  
1950 Exhorcisatur ms.  
1951 Baptisetur ms.  
1952 Baptisetur ms.  
1953 Sic!  
1954 Sic!  
1955 Inpositione ms.  
1956 Baptisandi ms.  
1957 Inpugnat ms.

ab exteriori et ab interiori, aqua ergo benedicta ordinata in pugnationem dyaboli que est ab exteriori, sed exorcismus ab impugnatione<sup>1958</sup> que est ab interiori. Ad 3<sup>m</sup> dicitur quod fuit aliquorum opinio quod ea que in exorcismo aguntur sunt tantum signa eorum que in baptismo complentur in quo potestas demonis totaliter euacuatur. Sed haec est contra beatum Gregorium super Ezechielem dicentem: SACERDOS. Dum per gratiam exorcismi manus credentibus imponit et habitare malignus spiritus in eorum cordibus contradicit, quid aliud facit nisi quia demonia eicit ? Igitur habet aliquem effectum exorcismus. Et ideo dicunt S<anctus> T<homas> et Bonaventura et alij<sup>1959</sup> doctores quod non tantum significat, sed etiam efficiunt aliquid, non tantum in corpore sed etiam in anima, quia in utroque est infectio fomitis, effectus autem ille est debilitatio potestatis demonis ne tantum possit in homine sicut ante ne baptismum et alia dona in ipso impediatur. Sed potestas praedicta totaliter in baptismo tollitur, sicut etiam Pharaon prius flagellatus est populo nondum de Egipto<sup>1960</sup> egresso, et postea totaliter in Mari Rubro, quod figura est baptismi, submersus est. Dicens : - Si in baptismo totaliter tollitur potestas dyaboli - ad quid ergo exorcizatur<sup>1961</sup> paruulus iam baptizatus et cui exorcismus propter articulum necessitatis obmissus fuit ? Respondet Sanctus Thomas

f. 91 va

quod ad hoc, ut uniformitas baptismi obseruetur, oportet quod exorcismus - si praetermissus fuit - post baptismum suppleatur et tunc solum significat et nichil efficit. Vel forte additur etiam aliqua cohibicio ab impugnatione<sup>1962</sup> dyaboli, nec hoc est inconueniens cum etiam per aquam benedictam qua post baptismum asperguntur aliqua potestas demonis reprimatur. Circa textum dubitatur primo de hoc quod dicit Cyprianus quomodo sanctificare potest aqua cum ipse immundus<sup>1963</sup> fit ; ex hoc videretur quod baptismus non fiat nec in aqua sanctificata, quod est contra sepe dicta. Dubitatur secundo de argumentis beati Cypriani que Magister non soluit : si enim nulla est sanctificatio nisi per Spiritum sanctum, et illum hereticus non habet, ergo nichil sanctificat. Respondet Bonaventura quod duplex<sup>1964</sup> est sanctificatio aque baptismi quedam que spectat ad solemnitatem baptismi. Alia ad necessitatem illa que pertinet ad solemnitatem facta est per praelatum ecclesiae per orationes, et illa nec addit, nec adiuvit baptismum. Alia sanctificatio est per verbum adueniens ad elementum, per verbum - inquam - quod est de integritate sacramenti et est forma, et illud verbum non habet

---

1958      Impugnatione ms.  
1959      Sic!  
1960      Egipto ms.  
1961      Exorcizatur ms.  
1962      Impugnatione ms.  
1963      Inmundus ms.  
1964      Duplex ms.

efficaciam suam adicente, sed abinstituyente. Et ideo sanctificat et est efficax ; non virtute ministri, sed virtute Christi qui intus baptizat dat exitum.

f. 91 vb

Si Notorius odiosus regi et malus scribit litteras quas filius regis mittit patri suo regi, quamvis Notorius non placeat regi nec aliquid quod sit in ipso placet ; tamen littera filii<sup>1965</sup> sui sibi, **et** est omnino efficax apud regem. Sic in proposito quamvis malus minister baptismi non placeat Deo, tamen baptismus filii<sup>1966</sup> sui placet Deo Patri. Et est efficax ex Christi merito cui non potest obesse demeritum et maliciam<sup>1967</sup> conferentis exterius baptismum. Hoc ergo decepit beatum Cyprianum quod potestatem traditam ministro non bene consideravit, nec ualet abiectio sua quia sanctificat ipsum sacramentum spiritus ministri, sed spiritus Christi. Cetera circa hoc sunt superius dicta in questione. Circa hoc quod dicit Augustinus in illo puero acceleratus est vsus rationis. Dubitatur vtrum Iohannes waptista<sup>1968</sup> in vtero matris existens habuit vsum rationis et libery<sup>1969</sup> arbitry<sup>1970</sup> et videtur quod sic exultauit ad uocem beate Marie salutantis Elisabeth - ut dicitur Luce primo - sed talis exultatio non fuit nisi ad apprehensionem<sup>1971</sup> rei animate. Res autem, scilicet potentia Christi et matris non apprehendebatur<sup>1972</sup> nec ratione, nec amabilis erat, nec voluntati praesentata. Cum ergo vsus rationis consistat in actu rationis et voluntatis, videtur quod tunc similiter habuit vsum liberi arbitry<sup>1973</sup>. Contrarium videtur, quod Augustinus ad Dardanum

f. 92 ra

non est dictum quia credidit infans, ergo semotus fidei primus est motus virtutum. Videtur quod non habuerit motum alicuius virtutis et, cum hoc non fuerit propter defectum gratiae, sequitur quod hoc fuerit propter defectum vsus libery<sup>1974</sup> arbitry<sup>1975</sup>. Respondet Bonauentura quod Augustinus ambigue de hac re locutus est, ut patet in textu. Ideo de hoc sunt due opiniones : aliqui enim dixerunt quod tunc (in mg. : Iohannes) non habuerit motum liberi arbitry<sup>1976</sup> nec exultationem illam fuisse ab eo,

---

1965 Sic!  
1966 Sic!  
1967 Malicia ms.  
1968 Sic!  
1969 Sic!  
1970 Sic!  
1971 Apprahensionem ms.  
1972 Apprahendebatur ms.  
1973 Sic!  
1974 Sic!  
1975 Sic!  
1976 Sic!

sed magis in eo non per naturam sed super naturam, sicut asina Balaam locuta est, et tamen non intellexit quid diceret.

Sic dicunt Iohannem motum fuisse a Spiritu sancto ad aduentum Domini et matris eius Marie et illum motum fuisse admodum exultantis non quia ipse perciperet, sed volebat Dominus ut motum pueri eius matri, scilicet Elizabeth<sup>1977</sup>, perciperet penitentiam Domini et eius matris, et ut esset per sa<n>guinem futurorum. Et huic opinioni consonant verba Augustini. Aly<sup>1978</sup> dixerunt quod Iohanni ad illud momentum datus fuit vsus liberi arbitry<sup>1979</sup> et illustratio cogitationis : cognoscit enim Dominum penitentem et super naturam gauisus est. Et haec plus placet sancto Thome qui contradicit, quod non est inconueniens quod beato Iohanni postea ille vsus rationis<sup>1980</sup> subtractus est, sicut et gratia raptus admonentum datur. Secus autem est de gratia gratum

f. 92 rb

faciente qui non subtrahitur sine culpa circa hoc, quod Zacharias papa non intendens errorem inducere, per hoc videtur velle quod - si intenderet errorem inducere - quod non baptizaret. De hoc queritur quare hoc sit, cum tamen hereticus aut infidelis possit baptizare. Respondet S<anctus> T<homas> et Bonauentura quod si quis intendit errorem inducere intendens mutare forma Ecclesiae, tunc hoc ipso non intendit facere quod Ecclesia facit. Et ideo non baptizat non quia hereticus, sed quia deficit necessaria intencio, et quia figit intencionem suam ad illam formam quam sibi excogitat tamquam illa sit vera forma baptismi, quae tamen non est forma. Dubitatur etiam de hoc quod dicit Augustinus : - Si totum minute factum est, implorandum<sup>1981</sup> est diuinum consilium : videtur enim male dicere. Intencio enim est de necessitate baptismi, igitur si totum factum est ioculariter non est baptismus, igitur non est implorandum<sup>1982</sup> diuinum consilium, sed rebaptizandus est. In hys<sup>1983</sup> enim in quibus habemus humanum consilium non oportet confugere ad diuinum. Respondetur secundum Bonauenturam - et est intencio etiam sancti Thomae - quod ut dicit Hugo ludus non semper excluditur intencionem, sed compatitur eam. Exemplum : quis potest velle ludere et nullo modo dare baptismus ? Et sic excludit intencionem. Alio modo potest quis velle ludere et nichilominus dare baptismum ? Et talis vere baptizat, quia etiam habet intencionem dandi baptismum et faciendi quod facit Ecclesia

f. 92 va

---

1977 Sic!

1978 Sic!

1979 Sic!

1980 Rationis ms.

1981 Implorandum ms.

1982 Implorandum ms.

1983 Sic!

vbi ergo in baptizando ad extra apparuit ludus et non potest sciri intencio baptisantis. Wult<sup>1984</sup> beatus Augustinus quod requirendum est duplicem consilium quod si Dominus reuelat, baptizandus<sup>1985</sup> est talis, sed sub condicione, et hoc est quod dicitur in quaestione prima de causa qui ibidem ponitur, scilicet quod puer Athanasius simulans se episcopus<sup>1986</sup> baptizauit quosdam pueros ludicre, qui postea consilio Alexandri<sup>1987</sup> Episcopi non sunt rebaptizandi, quia - ut inferius subditur - idem Episcopus superuenit et de intentione pueri quaesivit et ex verbis pueri cognouit quod habuit intencionem. Et ideo non debuerunt rebaptizari<sup>1988</sup>, quod autem puer habuit intencionem signum fuit, quia non baptizauit nisi cathecuminus. Et hec de baptismo sint dicta. Nunc de sacramento confirmationis distinctio septima in qua Magister - postquam in praecedentibus egit de primo sacramento, scilicet baptismi - agit modo de 2<sup>o</sup> sacramento, scilicet de confirmatione. Et circa istam distinctionem queritur primo **utrum confirmatio sit sacramentum necessitatis et nobilius sacramentum est a Christo institutum, sed confirmatio nullibi legitur ab eo instituta**, igitur, etcetera. 2<sup>o</sup> illud cuius vsus est in pluribus

f. 92 vb

sacramentis non videtur esse sacramentum per se sed, sicut dicit Dyonisius, vsus sacris vnguenti<sup>1989</sup>, scilicet crismatis, est in pluribus alys<sup>1990</sup> sacramentis, sicut patet in baptismo in quo infunditur crisma in aqua baptismi et baptizatur<sup>1991</sup> crismate, vngitur in vertice. Et similiter pontifices crismatis vnctione consecrantur, et altare in quo etiam Eucaristia<sup>1992</sup> consecranda est crismate linitur et calix similiter ; igitur videtur quod confirmatio que dicitur crismatio non sit speciale sacramentum, sed potius sit sacramentale. Ex hys<sup>1993</sup> communiter patet falsitas tocius questionis : si enim non est sacramentum, ut iam probatum videtur, tunc non est sacramentum necessitatis, nec etiam nobilius aut ignobilius baptismo. In oppositum arguitur et primo quod sit sacramentum auctoritate<sup>1994</sup> Rabani que ponitur in littera : - Scitote quod vtrumque magnum est sacramentum, scilicet confirmacio et baptismus -. Item quod sit sacramentum necessitatis patet iterum auctoritate<sup>1995</sup> Rabani in littera dicentis : - Omnes fideles debent post baptismum per Episcopos accipere Spiritum sanctum, ut pleni Christiani

---

1984 Sic!  
 1985 Baptisandus ms.  
 1986 Episcopum ms.  
 1987 Allexandri ms.  
 1988 Rebaptisari ms.  
 1989 Vngenti ms.  
 1990 Sic!  
 1991 Baptisatur ms.  
 1992 Sic!  
 1993 Sic!  
 1994 Autoritate ms.  
 1995 Autoritate ms.

inveniantur, sed de necessitatis salutis est ut aliquis plenus sit Christianus, etcetera -. Et quod sit nobilior baptismus videtur ex hoc, quod datur a nobiliori ministro, scilicet ab Episcopo. Praemittenda est una die confirmationis ex qua multa possunt intelligi pertinentia ad hoc sacramentum, et

f. 93 ra

diffinitionem ponit Scotus sic : - Sacramentum confirmationis est unctio hominis viatoris aliquo modo consensientis vel libero arbitrio nunquam usi facta in fronte in figura crucis cum crismate sanctificato. Et hoc a ministro idoneo<sup>1996</sup> simul cum intentione debita invigente et verba cetera proferente, significans efficaciter ex institutione divinam unctionem animae per gratiam roborantem ad confitendum cum fiducia fidei Christi. Illa die<sup>1997</sup> posset declarari in particulis suis, sed ex dicendis patebit quare singula particulae sint apposite. Qua diffinitione sic praemissa respondetur ad questionem, et dicitur primo quod confirmatio est proprie et vere sacramentum Novae Legis : patet auctoritate<sup>1998</sup> Rabani in oppositum allegata. 2° patet quia alias non essent septem sacramenta Novae Legis, quod est contra praevius dicta : nullum enim aliud assignandum est quod poneretur loco confirmationis. Patet 3° quia scilicet convenit diffinitio sacramenti Novae Legis : est enim invisibilis gratiae visibile signum ut eius similitudinem gerat et causa existat. Hoc enim totum convenit confirmationi ut patuit ex eius diffinitione praemissa. 2° dicitur quod hoc sacramentum confirmationis non est homini absolute necessarium ad salutem. Patet, quia parvuli salvantur sine confirmatione in sola gratia baptismali. Patet etiam per illud Marci ultimo: QUI CREDIDERIT ET BAPTIZATUS

f. 93 rb

FUERIT, SALVUS ERIT. Dicit tamen Scotus quod est<sup>1999</sup> necessarium adulto sic saltem, quod non contempnat<sup>2000</sup> recipere et quod pro tempore congruo recipiet in effectu. Iudicaretur enim contempnere qui oblata omnimodo opportunitate<sup>2001</sup> non susciperet, et hoc fuit Rabanus in sua auctoritate<sup>2002</sup> superius allegata. 3° dicitur 2<sup>m</sup> Scotum quod baptismus simpliciter loquendo est nobilior sacramentum quam confirmatio loquendo de nobilitate sacramenti penes finem eius principalem, qui est collatio gratiae : maiorem enim baptismus confert gratiam quam confirmatio et ad plures effectus, quia ad dimissionem peccati et culpe, etcetera. Potest tamen confirmatio dici nobilior

---

1996 Sic!  
1997 Dio ms.  
1998 Autoritate ms.  
1999 Est emend. ms.  
2000 Contempna ms.  
2001 Opportunitate ms.  
2002 Autoritate ms.

ratione ministri, scilicet quia a nobiliori ministro datur, scilicet ab Episcopo, sed illud non est similiter propter eius nobilitatem, sed est propter baptismi maiorem necessitatem qui ideo pluribus ministris conceditur. Ad argumentum primum dicit S<anctus> T<homas> quod de institutione huius sacramenti fuerunt tres modi dicendi. Vnus fuit quod hoc sacramentum non fuit institutum a Christo uel ab apostolis, sed postea processu temporis fuit institutum in quodam concilio. Et dicunt quod Dominus rem sacramenti huius conferebat sine sacramento, scilicet manus imponendo ; similiter et apostoli eo, quod ipsi confirmati fuerunt immediate<sup>2003</sup> a Spiritu sancto. Sed hoc videtur valde absonum, quia sic Ecclesia posset tota die sacramenta noua instituere, quod est falsum cum ipsi praelati

f. 93 va

non sint sartores aut institutores Legis, sed ministri et cuiuslibet Legis fundamentum in sacramentis constitit. Praeterea in littera dicitur quod tempore apostolorum non ab aly<sup>2004</sup> quam ab apostolis fuerit peractum hoc sacramentum; aly<sup>2005</sup> dixerunt quod non fuerit a Christo, sed ab apostolis institutum, sed nec hoc stat quia et ipsi apostoli, quamuis essent bases Ecclesiae, tamen non fuerunt legislatores, vnde ad eos non pertinebat sacramenta instituere. Etiam ambe ille opiniones fuerunt reprobate superius in secunda distinctione, questione prima. Et ideo dicunt doctores communiter quod hoc sacramentum, sicut et omnia alia, fuerunt a Christo instituta, sicut illud fuit superius probatum in questione prima distinctionis 2<sup>e</sup>. Et ut dicit S<anctus> T<homas> huic non obstat, quod in Ewangelio<sup>2006</sup> et in Actibus apostolorum non sit mencio de materia huius sacramenti aut forma, quia forme sacramentales et alia que in sacramentis exiguntur occultandi erant in primitiua Ecclesia propter irrisiones gentilium. Et Dyonisius dicit, unde etiam in fine *Ecclesiastice Ierarchie* excusat se a determinatione formarum sacramentalium, secus autem est de baptismo qui est sacramentum necessitatis et statim cuilibet offerabatur in principio. Ad 2<sup>m</sup> dicit quod, quamuis materia confirmationis, scilicet crismate, vtantur Ecclesie ministri in diuersis sacramentis, tamen hoc sacramentum non consistit tantum in materia, sed etiam in forma verborum et actu

f. 93 vb

sicut et sacramentum baptismi. Et tali forma huius sacramenti non vtuntur in aly<sup>2007</sup> sacramentis, sed solum in illo, et ideo est per se sacramentum ab aly<sup>2008</sup> distinctum. Alia argumenta patent ex

---

2003 Immediate ms.

2004 Sic!

2005 Sic!

2006 Sic!

2007 Sic!

2008 Sic!

questione, etcetera. Secundo queritur vtrum crisma prius sanctificatum sit congrua materia huius sacramenti. Arguitur quod non, quia illud sacramentum non habet materiam igitur, etcetera. Antecedens probatur, quia sacramenta omnia habent efficaciam a diuina institutione, sed mirabili legitur materiam huius sacramenti adeo institutam. Secundo confirmatio datur ad plenitudinem Spiritus sancti percipiendam, sed super apostolos in die Penthecostes descendit Spiritus sancti plenitudo absque omni huiusmodi materia : igitur hoc sacramentum non indiget materiam. 3<sup>o</sup> apostoli tradiderunt nobis formam ecclesiastici ritus, sed ipsi confirmabant solum manus imponendo sine quacumque alia materia, ut legitur in Actibus apostolorum. 4<sup>to</sup> arguitur quod crisma non sit eius materia quia materia sacramentorum debet esse omnibus communis, quia sacramenta omnibus proponuntur in salutem, sed oleum oliue et balsamus quae intrant confectionem crismatis non sunt communia omnibus. Igitur crisma non erit congrua materia huius sacramenti. 5<sup>to</sup> quod non requiratur materia consecrata, quia in baptismo non requiratur materia consecrata : igitur nec in confirmatione cum baptisus

f. 94 ra

videatur maior et dignior. In oppositum est communis vsus Ecclesiae et etiam determinatio Ecclesiae quae etiam ponit ritum consecrationis crismatis. Respondetur quod duplex est materiam huius sacramenti, sicut et de baptismo dictum fuit. Prima est materia eius propinqua et est vnctio cum crismate sanctificato facta in fronte per modo crucis, sicut in baptismo materia propinqua est ablucio in aqua. Sed materia remota est crisma confectum ex oleo oliue et balsamo, sanctificatum specialiter ab Episcopo uel alio cuius talis sanctificatio poterit committi. Et illa materia confirmationis, scilicet crisma, habet similitudinem cum effectu huius sacramenti : conficitur enim ex oleo et ex balsamo, oleum autem habet nitorem et supereminet alyis<sup>2009</sup> liquidis et est materia incendi<sup>2010</sup>. Per primum significat castitatem et immunditiam, per alia duo significat caritatem. Balsamus habet bonum odorem et significat bonam famam, iuxta illud *Ad Corinthios 2<sup>o</sup>* : CHRISTI BONUS ODOR SUMUS DEO. Balsamus etiam corpora mortuorum condiuntur ne cito putrescant, ideo incorruptionem significat. Per illam ergo materiam confirmationis, scilicet oleum et balsamum, significatur quod confirmatus debet habere mundiciam et caritatem et bonam famam, quia sine istis non erit multum autentica confirmatio fidei christiane per ipsum.

f. 94 rb

---

<sup>2009</sup> Sic!  
<sup>2010</sup> Sic!

Ad primum argumentum respondetur 2<sup>m</sup> Scotum quod Christus non alligauit potentiam suam sacramentis, et ideo ipse siue adhuc in terris, siue etiam in celis existens post ascensionem potuit confirmare apostolos sine tali materia, ymo<sup>2011</sup> etiam sine forma cum apostolis etiam in primitiua Ecclesia potuit dispensare. Et maxime propter hoc, quia in confirmatione ab eis collata per manuum impositionem fuerunt aliqua signa sensibilia, utputa communiter descensus Spiritus sancti in signo aliquo visibili super confirmatos et etiam donum lingwarum<sup>2012</sup>, sed tamen, cessantibus talibus miraculis, ministri debebant hanc materiam crismatis et confirmationis seruare, et similiter formam debitam de qua dicitur. Supponitur enim illa data fuisse a Deo, licet tempus et modo huius institutionis non legantur, et hoc ideo quia hystorici<sup>2013</sup> Scripturam vsque ad tempus illud non perduxerunt. Non enim perduxerunt vltra tempus apostolorum, neque etiam vltra plures annos ante mortem eorum, toto autem tempore apostolorum forte mansit donum lingwarum<sup>2014</sup> in sacramento confirmationis. Multa eis tradita sunt a Christo quae non leguntur in Scripturis, sicut forma verborum quibus conficitur in nullo Ewangeliolorum<sup>2015</sup> tota legitur. Etiam in nullo legitur quod Christus, antequam conficeret corpus suum, leuaret oculos suos in celum et ipsum hec fecisse credimus. Alias Ecclesia diceret falsum circa

f. 94 va

confectionem corporis Christi. Sic etiam dicit Damascenus libro 4<sup>o</sup> capitulo 4<sup>o</sup> : - Multos ritus seruat nunc Ecclesia qui, licet non inueniantur in Scriptura, expresse instituti tamen Spiritus sanctus per sanctos eos instituit et reuelauit. Ita etiam intelligatur de materia sacramentorum quae sunt potissima salutis remedia. Ex istis patet etiam responsio ad 2<sup>m</sup>. Ad 3<sup>m</sup> posset dici sicut ad primum, uel sicut dicit S<anctus> T<hom as> quod apostoli non confirmabant sine materia nisi forte, quando praeter legem communem visibilis signis Spiritus sanctus descendebat in eos quibus per apostolos manus impositio facta fuerat : tunc enim visibilis apparicio supplebat locum elementi visibilis. Quod autem apostoli aliquando vterentur materia, dicit S<anctus> T<homas>, patet per Dyonisium in 4<sup>o</sup> capitulo *Ecclesiastice Ierarchie* vbi dicit quod est quedam perfecta operacio quam duces nostri, id est apostoli<sup>2016</sup> cymatis<sup>2017</sup> 'hostiani' nominantur, 'hostiam' dicens communiter omnem ritum sacramenti. Ad 4<sup>m</sup> dicit S<anctus> T<homas> quod ratio procedit in sacramentis necessitatis cuiusmodi non est hoc sacramentum : quamuis etiam oleum oliue et balsamus non vbique terrarum crescant, tamen

---

2011 Sic!  
 2012 Sic!  
 2013 Sic!  
 2014 Ligwarum ms.  
 2015 Sic!  
 2016 Appostoli ms.  
 2017 Sic!

faciliter possunt vbique transportari ad tantam quantitatem quanta per hoc sufficit. Ad 5<sup>m</sup> dicitur quod Christus tactu sue mundissime carnis omnem aquam fecit ydoneam materiam sacramenti baptismi, non autem sic fecit de materia confirmationis, et ideo hic requiritur specialis sanctificatio materiae baptismus :

f. 94 vb

enim est sacramentum necessitatis, et ideo potest a quocumque ministro conferri. Et quod rationabile est quod in aqua non consecrata aliquando materia conueniens non esset communis et impediatur salus multorum. Sexto<sup>2018</sup> queritur vtrum in hoc sacramentum habeat propriam formam sibi convenientem : arguitur quod non, quia sacramenta a Christo descenderunt, sed Christus non legitur aliqua forma vsus cum manus imponebat. Igitur, cum manus impositio confirmationem designet, videtur quod sacramentum confirmationis non habeat aliquam formam. Secunda apostoli leguntur per manuum impositionem Spiritum sanctum dedisse, sed illa manuum impositio, ut sancti dicunt, fuit confirmatio eorum quibus manus imponebant, igitur, cum non legatur eos cum aliqua forma verborum manus imposuisse, videtur quod hoc sacramentum non habeat aliquam formam. 3<sup>o</sup> sacramenta quae habent determinatam formam illa sub eisdem verbis apud omnes perficiuntur, sed sacramentum confirmationis non perficitur eisdem verbis apud omnes. Quidam enim dicunt : - Consigno te signo crucis, confirmo te crismate salutis in nomine Patris et Fily<sup>2019</sup> et Spiritus sancti. - Quidam vero dicunt : - Consigno te signo crucis et confirmo te crismate sanctificationis, igitur, etcetera -. Hoc sacramentum non habet aliquam formam. In oppositum est quod<sup>2020</sup> Magister in prima distinctione, scilicet quod ea in quibus sacramenta Noue Legis consistunt sunt verba et res,

f. 95 ra

verba autem ad formam pertinent. 2<sup>o</sup> dicit Augustinus : - Accedit verbum ad elementum et fit sacramentum - igitur hoc sacramentum habet verbum, igitur debitam formam que cum materia eius perficit totum sacramentum. Respondetur quod hoc sacramentum habet determinatam formam ad ipsum sacramentum requisitam, ut patet per rationes in oppositum argutas. Et illa est forma de qua dictum est in 3<sup>o</sup> argumento ante oppositum, scilicet illa : - Consigno te, etcetera, ut patet per communem vsum Ecclesiae. Et illa est huius sacramenti competens forma, quod declarat beatus Thomas sic per formam enim sacramenti debet innotescere ea que ad sacramentum pertinent. Et ita fit hic, quia in hac forma ponuntur aliqua quae pertinent ad fidem sacramenti ad quem institutum est,

---

<sup>2018</sup> Sercio ms.

<sup>2019</sup> Sic

<sup>2020</sup> Quod it. ms.

quae est confessio fidei Christiane, cuius tota summa consistit in passione Christi. Vnde apostolus *Prime Ad Corinthios 2°* : NON ENIM IUDECAVI ME ALIQUID SCIRE INTER TRES NEC IHESUM CHRISTUM ET HUNC CRUCIFIXUM. Et item huius articuli confessio maiorem habet difficultatem, sicut dicitur in eadem Epistula primo capitulo : NON AUTEM PRAEDICAMUS CHRISTUM CRUCIFIXUM IUDEIS QUIDEM SCANDALUM, GENTIBUS AUTEM STULTITIAM. Et ad hoc pertinet cum dicitur : - Consigno te signo crucis - ut scilicet confirmatus signum crucis non erubescat, sed publice confiteatur. 2° ponitur ipse sacramentalis actus cum dicitur : - Confirmo te. 3° materia cum dicitur crismate salutis. 4<sup>to</sup> causa

f. 95 rb

principalis, vnde sacramentum suum effectum habet, tangitur in hoc quod dicitur : - In nomine Patris et Filii<sup>2021</sup> et Spiritus sancti -. Ad primum argumentum patet satis solutio. Ex solutione primi argumenti prioris quaestionis que recepta est a Scoto cui etiam concordat, quod dicit S<anctus> T<homas> : - Si Dominus noster sine materia et sine forma confirmavit non est inconueniens, quia ipse habebat potestatem excellentie in sacramentis et ideo potuit effectum sacramentorum praebere quod non est prae aly<sup>2022</sup>. Hunc modum recita eis Bonaventura, dicens : - Quidam dicunt quod formam illam Christus instituit et ita intelligatur etiam de materia, et eam apostolis tradidit, et apostoli aly<sup>2023</sup> postmodum reliquerunt licet illud non sit scriptum in canone Biblie. Ipse tamen illa forma non fuit vsus imponendo manus pueris quia hoc faciebat ut Dominus, non ut minister. Aliter dicunt aliqui quod Christus Dominus hoc sacramentum non dispensavit, quia decebat apostolos post ascensionem confirmari et Spiritum sanctum tunc primo ad robur dari, vnde Iohannis 7°. Spiritus sanctus nondum erat datus quia Ihesus nondum erat glorificatus. Non erat, inquam, datus in plenitudine et ad robur. Sed hoc fecit in die Penthecostes, unde confirmati sunt a Spiritu sancto immediate<sup>2024</sup> sine misterio et sacramentis et ideo, ut isti dicunt, ipsi apostoli etiam alios confirmabant sine verbo. Sed postquam bases Ecclesiae, apostoli,

f. 95 va

scilicet qui a Deo, non ab hominibus erant ordinati, praelati et confirmati defecerunt, instituit Spiritus sanctus huius sacramenti formam cui etiam virtutem sanctificandi dedit. Praecedens tamen via plus consonat superius dictis de institutione<sup>2025</sup> sacramentorum a Christo. Ad 2<sup>m</sup> etiam responsum est in solutione prime rationes praecedentis quaestionis. Potest tamen addi solutio Sancti Thome dicentis

---

2021 Sic!

2022 Sic!

2023 Sic!

2024 Immediate ms.

2025 Institutione ms.

quia apostoli aliqua forma utebatur quamvis non sit scripta : multa enim apostoli seruebant in sacramentorum dispensacione que nolebant divulgari<sup>2026</sup> propter derisionem gentilium euitandam, sicut patet per apostolum qui *Prime Ad Corinthios 11<sup>o</sup>* dicit : CETERA CUM VENERO DISPONAM. Et loquitur de Eucaristiae<sup>2027</sup> celebratione, et hoc est etiam quod Dyonisius dicit in fine *Ecclesiastice Ierarchie* : - Consumas autem invocationes - id est verba quibus proferuntur sacramenta. Non est iustum, Scripturis interpretantibus, neque **mysticum**<sup>2028</sup> eorum aut in ipsas operatas ex Deo virtutes ex occulto ad commune adducere, sed ut nostra sacra tradicio habet sine pompa, id est occulte<sup>2029</sup> eas edocens. Ex quibus verbis patet primo quod apostoli in sacramentis utebantur forma verborum certa, quia ipse alibi in eodem libro dicit quod tradunt ritum sacramentorum, sicut apostoli dicebant. Secundo quod in occulto<sup>2030</sup> tradebantur huiusmodi sacramentalia in primitiua Ecclesia. 3<sup>o</sup>, quod in ipsis est aliqua virtus. Ad 3<sup>m</sup> dicit S<anctus> T<homasi> quod variacio forme

f. 95 vb

in hys<sup>2031</sup> que non sunt de essentia forme potest tolerari 2<sup>m</sup> diuersas Ecclesie consuetudines<sup>2032</sup> dummodo substantia forme apud omnes significauerunt. Hoc autem, quod a quibusdam dicitur crismate salutis, ab alijs<sup>2033</sup> sanctificacionis quasi in idem redit, et ideo per hoc non remouetur quando hoc sacramentum habeat determinatam formam, etcetera. Quarto queritur vtrum character qui in sacramento confirmationis imprimitur<sup>2034</sup> praesupponat characterem baptismalem. Arguitur primo quod confirmatio non imprimat<sup>2035</sup> characterem quia, ut dictum est distinctione 6<sup>ta</sup> : - Character est signum distinctiuum, sed pugna spiritualis omnibus indicitur - . Cum ergo sacramentum confirmationis detur ad roborandum in pugna spirituali, videtur quod in ipsa non fiat aliqua distinctio alius ab altero : igitur non sit ibi impressio<sup>2036</sup> characteris distinguentis<sup>2037</sup>. Secundo arguitur quod character confirmacionis non praesupponat characterem baptismalem, quia character confirmacionis ad hoc datur ut homo fortiter Christum confiteatur. Sed aliqui ante baptismum Christum fortiter confessi sunt etiam ad martyri<sup>2038</sup> palmam peruenientes, igitur quis patet ante baptismum accipere characterem

---

2026 Sic!  
 2027 Sic!  
 2028 Mysticum ms.  
 2029 Oculte ms.  
 2030 Oculito ms.  
 2031 Sic!  
 2032 Sic!  
 2033 Sic!  
 2034 Inprimitur ms.  
 2035 Inprimat ms.  
 2036 Inpraessio ms.  
 2037 Sic!  
 2038 Matiry ms.

confirmacionis ? 3<sup>o</sup>, idem 2<sup>m</sup> essenciam est character baptismi et confirmationis, igitur vnus non praesupponit alterum : idem enim non praesupponit seipsum. Antecedens probatur

f. 96 ra

quia ad vnam formam non potest esse nisi vna assimilatio, igitur, cum character sit signum assimilans Trinitati, videtur quod character confirmacionis non potest esse alius a caractere baptismi. 4<sup>To</sup>, ad omnia que necessario se consecuntur quis eodem caractere adscribitur<sup>2039</sup>, sicut idem est character in sacerdote ad conficendum et absoluendum ? Sed confessio fidei cuius sacramentum est confirmacio consequitur de necessitate ad fidem cuius sacramentum est baptismus, quia CORDE CREDITUR AD IUSTITIAM, ORE AUTEM CONFESSIO AD SALUTEM (*Romanorum* 1<sup>o</sup>). Igitur idem character est in baptismo et confirmacione. In oppositum arguitur et primo quod in confirmacione imprimatur character : dictum est distinctione sexta. Sed quod character confirmacionis praesupponat characterem baptismalem, patet per Dyonisium in *De Ecclesiastica Ierarchia*, vbi dicit : - Nichil diuinitus traditum operari potest qui non est regeneratus per baptismum -. Sed character confirmacionis est quoddam traditum diuinitus<sup>2040</sup>, igitur nullus potest eum recipere nisi baptizatus. Respondeo 2<sup>m</sup> S<anctum> T<homam> : dicitur primo quod in sacramento confirmacionis imprimatur character ei qui confirmatur. Declarat S<anctus> T<homas> sic, quia ut dictum fuit praeuius, character est signum distinctum quo quis ab alys<sup>2041</sup> distinguitur<sup>2042</sup> ad aliquid spirituale deputatur<sup>2043</sup>. Sed ad spirituale potest vnus

f. 96 rb

deputari vno modo, ut in se spirituale participet. Et ad hoc deputatus est homo in baptismo quia baptizatus potest iam particeps esse omnis spiritualis receptionis. Alio modo deputatur quis ad spirituale, aut ut spiritualia in noticiam aliorum ducat per Christi fortem confessionem. Et ad hoc deputatur homo per confirmationem unde eis, tempore persecutionis Ecclesiae, eligebantur aliqui qui debent in loco persecutionis remanere ad publice, non Christi confitendum alys<sup>2044</sup> occulte<sup>2045</sup> credentibus, ut patet in legendo sancti Sebastiani. 3<sup>o</sup> modo deputatur ut etiam spiritualia alys<sup>2046</sup> credentibus tradat et ad hoc deputatur homo per sacramentum ordinis. Et ideo, sicut in baptismo

---

2039 Asscribitur ms.

2040 Diuitus ms.

2041 Sic!

2042 Sic!

2043 Deputatus ms.

2044 Sic!

2045 Oculte ms.

2046 Sic!

confertur character et in ordine, ita etiam in confirmatione. Secundo character est etiam signum conformans nos sanctae Trinitati, sed sicut oportet nos ei conformari in sapientia et potentia, ita etiam in bonitate. Cum ergo in baptismo imprimatur<sup>2047</sup> character fidei conformans nos diuinae sapientie, et in ordine imprimatur<sup>2048</sup> character potestatis conformans nos diuinae potentie, sequitur quod in confirmatione imprimatur<sup>2049</sup> character plenitudinis Spiritus sancti, scilicet conformans nos diuinae bonitati. 3° per characterem, quasi adscribimur<sup>2050</sup> familie Christi. Sed sicut Christus est pater, mater et est sacerdos, ita est et rex noster. Cum ergo per characterem baptismalem adscribimur<sup>2051</sup> ei quasi patri,

f. 96 va

fily<sup>2052</sup> regenerati per baptismum, et per characterem ordinis adscribimur<sup>2053</sup> ei quasi ministri summo sacerdoti, sequitur quod simili ratione in confirmatione debeat imprimi<sup>2054</sup> character quo conformamur ei quasi milites regi. Hec S<anctus> T<homas>. Et etiam superius fuit declaratum quod in confirmatione imprimatur<sup>2055</sup> characterem<sup>2056</sup>. Secundo dicitur quod character confirmationis est alius a caractere baptismali. Probat, quia diuersarum causarum debent esse diuersi propri<sup>2057</sup> et immediati<sup>2058</sup> effectus. Sed baptismus et confirmacio sunt distincte causae et distincta sacramenta, et propri<sup>2059</sup> ac immediati<sup>2060</sup> effectus sunt eorum characteres, igitur etiam isti characteres sunt inter se distincti. Confirmatur character confirmationis ad aliud, ordinatur ab eo ad quod character baptismalis ordinatur, ut patet ex iam dictis et etiam ex dictis in fine distinctionis sexte. Igitur character ille est distinctus a caractere altero. 3° dicitur quod character confirmationis praesupponit characterem baptismalem in eo qui confirmatur ; patet per rationalem. In oppositum argumenta confirmatur item, quia baptismus est principium vite spiritualis secundum Dyonisium et Damascenum, sed remoto principium aufertur<sup>2061</sup> quod est post principium ; igitur qui non est baptizatus<sup>2062</sup> non potest accipere

---

2047 Inprimatur ms.  
 2048 Inprimatur ms.  
 2049 Inprimatur ms.  
 2050 Asscribimur ms.  
 2051 Adscribimur ms.  
 2052 Sic!  
 2053 Asscribimur ms.  
 2054 Inprimi ms.  
 2055 Inprimatur ms.  
 2056 Caractem ms.  
 2057 Sic!  
 2058 Inmediati ms.  
 2059 Sic!  
 2060 Inmediati ms.  
 2061 Auffertur ms.  
 2062 Baptisatus ms.

caracterem confirmationis. Ad primam rationem dicit S<anctus> Thomas quod pugna spiritualis, qua quis

f. 96 vb

pugnat contra impediens salutem sui ipsius illa indicitur omnibus, sed ad hoc non datur sacramentum confirmationis, sed datur ad persistendum fortiter in pugna contra eos qui nomen Christi inpugnant, et ut invitus Christi confessor permaneat et huic pugne non omnes ex officio exponunt, sed solum confirmati. Ad 2<sup>m</sup> dicit quod ad ea quae sunt necessitatis homo admittitur etiam si illud non competat ei ex officio sicut patet quia, etiam non habens ordinem in necessitate baptizare, potest licite, quamvis hoc non congruat, scilicet ex officio, sic etiam quia confiteri nomen Christi, ubi confessio requiritur, est necessitatis. Igitur etiam non baptizatis fidelibus hoc conuenit, quamvis hoc non habeant ex officio characteris, in sacramento confirmationis suscepti. Ad 3<sup>m</sup> dicit idem, quod ad vnam formam quam aliquod perfecte<sup>2063</sup> repraesentat non potest esse nec vna assimilatio et Dei Patris non est nec vna ymago perfecta, scilicet Deus filius. Sed si non est perfecta repraesentatio, tunc possunt esse diuersae assimilationes ad vsum simplex et ideo diuersae creaturae diuersimode 2<sup>m</sup> suum modum diuersam ad Deum similitudinem habent, et propter hoc non est mencione **mens**, quod sunt diuersi characteres in anima Trinitati 2<sup>m</sup> diuersa conformantes. Ad 4<sup>m</sup> dicit quod, licet cuiuslibet baptizati et credentis sit confiteri Christum quando confessio ab eo expetitur, non tamen cuiuslibet est se libere exponere, sed tantum confirmatis. Et hoc patet in apostolis

f. 97 ra

quia ante adventum Spiritus sancti confirmantis eos erant clausae fores cenaculi propter metum Iudeorum. Postea, repleti Spiritu sancto, ceperunt loqui cum fiducia et publice verbum Dei, ut patet in libro Actuum. Quinto queritur vtrum in susceptione sacramenti confirmationis conferatur gratia gratum faciens distincta a gratia baptismali. Arguitur quod huiusmodi gratia per hoc sacramentum non conferatur, quia ad illud quod potest fieri in peccato mortali non requiritur gratia gratum faciens, sed in peccato mortali existentes possunt fortiter confiteri Christum. Igitur, cum confirmatio sit sacramentum confessionis Christi, videtur quod non detur ibi gratia gratum faciens : et si nulla ibi datur, tunc non erit distincta a gratia baptismali. In oppositum arguitur quia sacramentum Nouae Legis efficit quod figurat, sed per vncionem crismatis exterius significatur vncio gratiae interius, igitur talis datur in confirmatione, sicut in baptismo confertur. Respondetur quod cuiuslibet qui rite suscipit confirmationem et digne confertur gratia gratum faciens probatur, cuicumque datur Spiritus sanctus, illi datur simul gratia gratum faciens, ut docetur in libro primo distinctione 17. Sed in confirmatione

---

<sup>2063</sup>

Perfectem ms.

rite et digne suscipienti datur Spiritus sanctus. Igitur datur, scilicet gratia, igitur minor probatur per Hugonem dicentem: - Im-

f. 97 rb

posicio manus debetur Episcopis apostolorum vicarys<sup>2064</sup> ut christianum signent Spiritum, Paraclitum tradant. Patet etiam per Rabanum dicentem quod per impositionem manuum summi sacerdotis Spiritus sanctus traditur confirmato. Patet etiam in littera per Magistrum. Et nota quod baptizato et praeuius existenti in gracia datur in confirmatione gratia gratum faciens non ut de ingrato fiat, sed ut de grato primus fiat, scilicet nunc magis gratus. 2<sup>o</sup> dicitur quod gratia que confertur in confirmatione est alia essentialiter et secundum numerum a gracia quae confertur in baptismo. Patet quia praesupponit illam et baptismalis est prior tempore igitur, etcetera. Et ex illis duobus gradibus gratiae gratum facientis collatis<sup>2065</sup> in baptismo et in confirmatione fit vna gracia aucta et intensa, sicut est vna anima quae gratificat Deo et per vnum peccatum mortale tollitur tota. Sunt enim illi gradus gratiae eiusdem speciei; igitur in eodem subiecto, scilicet in eadem anima indiuisibili puniuntur constituentes vnam totalem intensiorem quam fiunt sola baptismalis gratia. Et hoc vult<sup>2066</sup> Rabanus et aly<sup>2067</sup>, dicentes quod in confirmatione detur plenitudo gratiae, etcetera, et hoc est verum cum praesuppositione et in conclusione gratiae baptismalis, illa enim totalis ex ambabus resultans. Si autem loquamur 2<sup>m</sup> praecisionem, tunc gratia in baptismo collata est maior et maioris efficacie

f. 97 va

quam gradus ille collatus per solam confirmationem. Ad argumentum ante oppositum dicit S<anctus> T<homas> quod, quamuis possit aliquis existens immortalis constanter fidem Christi confiteri, non tamen est ydonea illa confessio, quia non est speciosa laus in ore peccatoris, nec etiam est meritoria ad salutem. Sacramentum autem non solum ordinatur ad hoc, quod aliquid fiat qualitercumque, sed ad hoc, quod ydoneo fiat, nec sit defectus ex parte suscipientis sacramentum. Sexto queritur vtrum episcopi sint huius sacramenti congrui ministri. Arguitur quod non, quia dicit Magister in littera quod Gregorius permisit quod simplices sacerdotes confirmabant quod non fecisset, nec ipsi hoc congrue facere potuissent. In oppositum arguitur quia soli apostoli in primitiua Ecclesia manus imponebant, quod erat confirmare. Igitur etiam soli Episcopi eorum successores possunt hoc idem facere. Respondetur quod soli Episcopi 2<sup>m</sup> ritum Ecclesiae sunt generaliter huius sacramenti ministri. Patet per Magistrum in littera item de consecratione distinctio 5<sup>a</sup> capitulo primo. Manus dicitur quod ab

---

<sup>2064</sup> Sic!

<sup>2065</sup> Colatis ms.

<sup>2066</sup> Sic!

<sup>2067</sup> Si

alys<sup>2068</sup> perfici non potest nec a summis sacerdotibus propter reuerentiam, nec tempore apostolorum legitur ab alys<sup>2069</sup> actum esse nec ab alys<sup>2070</sup>, quam ab hys<sup>2071</sup> qui ipsorum locum tenent vmquam perfici potest aut fieri debet. Nam si aliter praesumptum fuerit, irritum habeatur

f. 97 vb

et vacuum nec inter ecclesiastica vmquam computabitur sacramenta, soli autem Episcopi sunt successores apostolorum et simplices sacerdotes succedunt septuaginta duobus discipulis qui non imponere habuerunt manus, per quarum impositionem tunc fiebat confirmacio, sed hoc pertinebat solum ad apostolos et videtur.

Sed est dubium vtrum simplex sacerdos possit confirmare ex auctoritate<sup>2072</sup> et commissione donum Pape. Et illud dubium habet difficultatem ex facto Gregory<sup>2073</sup> Pape, quia - ut dicit Magister in littera et ponitur etiam de consecratione distinctio 5<sup>a</sup> capitulo Pperuenit' idem Gregorius Ianuario Episcopo ita scribit : - Peruenit ad nos quosdam scandalizatos<sup>2074</sup> fuisse quia praesbyteros crismate tangere eos qui baptizati fuerunt. Prohibuimus, equidem 2<sup>m</sup> veterem vsum nostrae Ecclesiae fecimus, sed si omnino de hac re aliqui tristantur, vbi desunt Episcopi, ut praesbyteri etiam in fronte baptizatos<sup>2075</sup> tangere crismate debeant concedimus. Ex illo ergo videtur quod simplex sacerdos ex commissione<sup>2076</sup> Pape possit confirmare, licet nunc non possit propter Ecclesiae prohibitionem. De hoc dubio quidam dicunt quod simplices sacerdotes non possunt confirmare nec ex auctoritate<sup>2077</sup> nec ex commissione - et si attemptant nichil faciunt - sed pertinet ad solos Episcopos, quorum est proprium. Tunc ad factum Gregory<sup>2078</sup> diuersi diuersimode dicunt<sup>2079</sup>. Nam

---

2068 Sic!  
2069 Sic!  
2070 Sic!  
2071 Sic!  
2072 Autoritate ms.  
2073 Sic!  
2074 Scandalisatos ms.  
2075 Baptisatos ms.  
2076 Comissione ms.  
2077 Autoritate ms.  
2078 Sic!  
2079 Dicus ms.

